trimentū cederet vēditoris vēdere. s. quātū valet: pura qa sibi multū est vtilis illa res vl' necessaria: tūc em̄ vendere poterit plus q̄ res in se valeat quantū. s. valet ipsi vendi tori. Sed q̄uis emptor multū iuuet ex re quā vult emere si vēditor inde nō dānificat ex carētia ipsi⁹ rei nō ꝓpreca pōt plus vēdere rem q̄ valeat in se: qa vtilitas quę supue nit emptori nō est ex cōditione vēdētis: nec ex cōditione rei i se: sed ex cōditione emētis. vnde nō debet vēdere illi qd' non est suū. Idē Sco. in. iiij. Si tū sua liberalitate emptor vult aliqd plus dare q̄ valeat res qa ide multū iuuatur: pōt recipi. arg. i. q. ij. sicut ēm. Quantū ad tertiū primę partis. s. qū sit excessus in precio qd iuris. Ad hoc dicēdū q̄ tripliciter pōt fieri excessus i precio rerū venaliū, vel defectus. Primo quidē vltra dimidiū iusti precij & sic contractū pōt rescindere deceptus vel restauratione dāni sui petere vt dictū est. Nec obstat si dicat q̄ vnusquisq̄ in re sua est moderator & iudex ꝑm iura ergo rei meę possum imponere preciū qd' volo: nec aliqs pōt me cogere ad pię taxatū preciū: sicut nec etiā ad vendēdū: sicut etiā emptor nō cogit ad emendū nisi precio sibi bñplacito. Sicut igit cōtractus emptionis & vēditionis est mere volūtarius: sic etiā taxatio pcij venaliū rerū debet esse volūtaria ꝑm voluntatē vendētis & emētis: iuxta illud ꝓuerbium legale, Res tantū valet quantū vēdi pōt. Ad illud em̄ respōdeo. Quāuis qs nō cogat ad vendēdū rem suā: tñ in actu & contractu vēdendi si vēderevult formā iuris & regulā iustitię seruare debet & ægratis. Et ideo in actu vendēdi non licet sibi rei suę statuere iniustū preciū & accipe qa tūc nō imponit rei vsimplr̄ suę preciū: sed vt i alterū cōmutādę. Hmōi aūt impositio cōmutatiue includit acceptionē precij ꝓuadētis. Accipere aūt ꝓ tales preciū est iniustū & cōtra equitatē. Insup ꝑm Hosti. quis non posset qs cogi ab initio rē suā vēderē vel alienare vt patet. C. de cōtrahē. emp. l. dudū si tū exposuerit venalē & preciū offerat. si, ꝓ iusto pcio vēdere nō vult cogi pōt p iudicē q̄ iusto precio vēdat. ff. de offi. presi. l. j. Et cū dr̄ res tantū valet quātum vēdi pōt intelligit de iure nō de facto ꝑm estimationē cōem ꝑm Anto. de But. Sc̄d's excessus est in cōtractu hmōi q̄n vtiq̄ notabilis est non tñ pertingens ad medietatē iusti precij. Et Notabilis excessus.

tūc aliqui dicūt licitū esse nec̄ad restitutionē teneri: qa in tra hoc pmittit vt in. d. c. cū dilecti. de emp. & vē. Quā opinionē sequi videtur Duran. ordi. Mino. in sum. sua. Sed hāc opi. tāq̄ erroneā & periculosam saluti animarū repro bāt bea. Tho. ij. ij. q. lxxvij. & Sco. in. iiij. dist. xv. dicētes q̄ talis sciēter decipiens iniustitiā facit & per cōsequēs mortaliter peccat & tenet ad restitutionē eius in quo decepit. Si aūt ignorāter & ex errore. s. æstimās tantū illā valere & hmōi tunc non peccat: sed cū aduertit errorē tenet ad satisfactionē dāni ipsi⁹ seu decepto alias tūc peccaret ſmō dispōneret se ad emēdam. Ad rationē ab illis inductam de lege. Rñdet bea. Tho. vbi. ꝫ. q̄ lex dat populo in quo sunt multi deficiētes a virtute vnde solū ꝓhibet ea mala q̄ habēt destruere humanū cōuictū pacificū ea puniēdo: vt furta adulteria, notabiles deceptiones in cōtractibus: vt dece

Excessꝰ pcij sit triplr̄.

Lex diuina & humana differēter puniunt.

ptio vltra

ptio vltra dimidiū iusti: & hoc cū punire pōt absq̄ maiori scādalo alias etiā illa tolerat: vt. i. q. vij. q̄ties, xxiij. q. iij. c ipsa pietas. diſr. l. vt cōstitueretur. Alia aūt pmittit nō qa licita: sed inquātū nō punit ea: & hoc ne puniendo sequerent maiora mala. Sed lex diuina quę datur oībus nil dimittit impunitū in hac vita vel aliqd qd' sit virtuti cōtrariū. Vñ ꝑm diuinā legem illicitū reputat si in contractib⁹ equalitas nō seruaret qd' sit plus vēdendo rē q̄ valuerit: vel min⁹ emēdo eū sit precipue notabilis excessus. in hoc cū be. Tho. cōcor. Io. de Lig. & Io. Cal. & plures alij canonistę dicētes illā decre. habere locū iure fori: nō iure poli: & hoc advtandū multa litigia q̄ de leui possent quotidie fieri. Terti⁹ excessus est q̄n in hmōi cotractib⁹ parū sit dā nificatio: vt qa paulo plus vēdit res vl' paulominus emit iusto pretio: & tūc q̄uis qdā dicāt indistinctę nō cōmitti pēm nec teneri ad restitutionē eo q̄ precia rerū nō ꝓsistāt in pūcto indiuisibili: sed habeāt quandā latitudinē i pl⁹ et minus. Veri⁹ tñ videt dicendū q̄ qa latitudo illa debet esse ꝓportiōes & sic habet limites suos q tñ difficulter scīri pōt ideo si qs in emēdo vel vendēdo excedat aliquātulū limites nō agēs cōtra conscientiā: qa. s. credit illud esse satis iuxta preciū & si rigidū: non peccat nec tenet ad restitutionē q̄uis aliquātulū excedat limites iusti precij: & tūc habet locū illud qd' illi dicūt. s. oēm cōtractū cōcomitari aliqualē donationē & sibi inuicem partes remitere modicū plus vel min⁹ iusto precio. Sed siqs cōtra cōscientiā vēdat plus vel emat min⁹ iusto precio. i. credēs excedere supremū gradū latitudis precij & si in modico nō pōt excusari a pcō: saltē veniali: cum oīs deceptio & fraus sit pcm. & etiā teneat ad satisfactionē. sed ex quo minutię tales fiūt innumerę: & parū etiā inde lęditur ꝓximus: debet illud sic iniuste acqsitū pauperibus erogari. xiij. q. v. qui habetis. Declarantur predicta per. Geraſ. ordi. Eremi. & Io. de Rip. q̄ si fiat diminutio vel excessus iusti precij in cōtractibus in modico nō est necesse restitutionē facere. Ad qd' ꝓbandū inducūt

Modicus excessus nō cessꝰ necessa rio restituitur.

tripliciter rationē. Primo quidē ratione pacis & saluatiōis. Qd' em̄ ex cōsensu & statuto cōmuni & p cōmuni oīmvtilitate ꝓcedit eo ipso obtinet equitatē & robur iuris cōmunis: sed cōmunis cōsensus ac recta & discreta consuetudo vtl' q̄ nō omis excessus in talib⁹ restitui sit necesse & hoc ideo qa expedit tpali paci & saluti spūali Expedit qdē rē porali paci: qa als infinitę querimonię & litigia ex hoc oriren. Spūali etiā saluti hoc expedit. s. cōmunitatis & partiū eius qa cū difficillimū sit ab hmōi cōtractuū excessib⁹ se totaliter deputare & maxime in hoibus imperfectis inhiantib⁹ lucris ex qbus & in qbus maior pars communitatis hoim consistit periculosissimū oīb⁹ esset hmōi excessū sibi vēdicare & retinere nō liceret. Sc̄d'o hoc idē probatur ratione mutuę concordationis. Propria nāq̄ forma & ratio cōmutatiui contractus ex vtriusq̄ partis libero ac pleno cōsensu inchoat & rectificat, ita q̄ emptor: vult sibi rē emptā pro ti⁹ q̄ preciū eius. & vēditor ecōuerso vterq̄ etiā ex pleno cōsensu a se alienare intēdit ꝓprium dominiū rei suę illud in aliū totaliter transferendo. Et si in aliquo prę ter intētionē & propriā æstimationē defraudatur. citra tñ excessū enorme lege diuina vel humana prohibitum vult nihilominus cōtractum initū ratū esse & firmū ac si libere & expresse omni tali legi renūtiaret in contrariū faciēti ꝓ quāto, ꝓsuo temporali indēnitate id faciat alter sibi nihil inde reddere obligat: qa ibi tā nō ē enormis. immo forte nec vllus excessus: quia sicut potuit totū absq̄ oīmō precio donare sic potuit pro minori precio iuste vendere vl' dare Tertio hoc, ꝓbatur rōne humanę estimationis. quę quidē icerta est ad mere iusta precia pretaxāda & ad pcise discernēdū excessus & defect⁹ iusti precij, ꝓpter qd' licet preciū in aliquo minuat vel excedat. nihil omin⁹ nulli, ꝓprio vl' cōmuni iudicio censet aut cēseri debet ꝓ enormi. Nec sic respectu iudicij nostri recedit a moderātia iusti precij sub cōpetenti latitudine mēsurādi qn ipsum aliqualiter icludat sicut, mustū vel vinū acerbū vel aliqualiter acetosum non sic recedit a specie vini quin includatur i ipsa. Et ꝑm Sco. in. iiij. dist. xv. Equalitas cōmutationū & contractuū nō cōsistit in indiuisibili medio: immo in medio illo qd' iustitia ꝓmutatiua respicit magna est latitudo & intra illā latitudinē nō attingere indiuisibilē punctū æquivalentię rei in quocumq̄ gradu citra extrema fiat iuste sit. Si quis aūt obstaret & diceret q̄ quicq̄d in cōtractib⁹ est illicitū & ꝑm cōtra ius diuinū esse videtur: & sic nullū robur ab eo obtinere videt immo pon⁹ oppositū, ꝓpter qd' nullus illi citus excessus preciꝰ pōt a iure diuino acquiri peccanti in illo. Rñ. Dicendū q̄ in hmōi cōtractibus quantū ad primū. s. intrinsecā affectionē sciendum q̄ pro quātovult in ꝓximū scienter aliquā inæqualitatē vt. s. in hmōi cōtractibus meliorē partē habeat q̄ ille: pro rāto alias sufficit aut p contritionē & pœnitētialē satisfactionem aut per purgatoꝛ ignem sicut & cętera venialia expiari. Quantū ad sc̄d'm. s. operationē extrinsecam & cōmutationē licet ꝑm veridicā æstimationē preciꝰ sui cōrineat aliquātulam inęqualitatē. respectu tñ ad cōmune statutū & ad cōdescensuā legē dei quæ pmittit aliquos minores defectus ita. q̄ per eos non punit ad mortē æternā & ad liberū cōsensum cōtrahentiū nō habet inæqualitatē. immo potius benignā & concessoriā & salutiferā æquitatē. & iō quātū ad hoc tā diuino iure q̄ humano robur obtinet firmitatis. Aliter oēs hmōi excessus preciꝰ illiciti erūt in acq rentib⁹ mortalis culpa: qa esset vsurpario rei alienæ iquātū alienę. Teneret etiā qui libet vēditor siue emptor oēm talē excessum restituere: & sic oēs qui hic nō restituerēt dānarētur: quod quidē nequissimū & durissimū est pensare. Verū, ꝓpter prauitatē humani affectus ad talia ꝓpria inclinati: ac, ꝓpter inęqualitatē taliū cōmutationū securi⁹ & iust⁹ esset oēm talē excessum sciēter factū si alicui⁹ quātitatis appreciabilis foret satisfacere: aut si parui valoris sit, ꝓ aīabus illoꝛ pauperib⁹ erogare: qa in hoc plus ꝓficeret fraudato nisi & ipse graui inopia laboraret. Hæc tñ ꝑdicāda cū magna discretione: cū populi ad dilatādā cōscientiā sint proni. & ideo quę turiora sunt dicenda sunt. Quantum ad fraudes quas faciunt hoīes in negotiādo & illicitas pmutationes dicē in sequentibus sub alio sermone.

Antēdę prædicator.

¶De varijs fraudibus q̄ cōmittuntur in negotiando. Capitulū. XVII.

DE VARIA FRAVDATIONE

Dne loq̄t ꝓpheta di. Pē. l. j. Tota die iniustitiā cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolū. Vbi vltra frequentia mali opis quā signat dicens. Tota die: & sententiā dānationis insinuat dicens. Propterea deus destruet te in finem & euellet te &c. Vñ & Apls. s. Thessal'. iiij. Nec̄ quis circūueniat: id est decipiat in negotio fratrē suū: qa vindex est deus de omnibus his. Et de bestia quā vidit Io. Apocal'. xiij. dicitur q̄ faciet ne quis possit vendere vel emere nisi qui habuerit characterem ac nomen bestiæ. Bestia quæ dicit a vastando diabolus est character eius qui est imago eius est fraus & dolus nomē eius est falsitas: quia mendax est. Absq̄ ista imagine. s. fraudis dicunt mercatores nō posse vendere vel emere. Sed ibi subditur q̄ qui acceperit hunc characterem bibet de vino iræ dei. Et nota tria mala q̄ facit dolosus seu deceptor in negotiando seu vendendo.

¶Primum est astutia in modos ad decipiēdum & exquirendū. ibi. Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua.

¶Secundum est fraudulentia in excogitatos exequendo ibi. Fecisti dolum.

¶Tertium est malitia in decipiendos liniendo. ibi. Sicut nouacula acuta.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

Astutia est i mē

Astutia sciendū q̄ licet astutia fraus & dol⁹ possunt in actib⁹ aliorꝰ pctōꝝ reperiri cōmunius tñ invitio auaritiæ circa acquisitionē ꝛ poraliū cōsueuerūt exerceri: & vt dicit. b. Tho. ij. ij q. liij. ar. iij. Astutia, ꝓprie est cū qs ad cōsequēdū aliquem finem bonū vel malū vtitur nō veris vijs seu mediꝭ: sed simulatis & apparētibus. hoc est autē peccatū: quia cōtra rationē rectā: vnde & cōtra prudentiā. Nec̄ em̄ etiā ad bonū finē oportet falsis vnꝭ & simulatis peruenire: sed veris & realib⁹: qd' facit prudētia. Et qa similitudinē habet eū ea in eo. s. q̄ vtit ad puenientū ad finē intētū illis mediꝭ q̄ cōducūt ad ipsum. Sed prudētia debitis & iustis mediꝭ & vtitur ad bonū finē. astutia indebitis mediꝭ vel ad malū finē ideo ipsa astutia aliquādo dr̄ prudētia, ꝓpter dictam sīlitudinē sed improprie. Vñ & Prouer. i. dr̄. Vt paruulis detur astutia. i. prudētia. & Prouerb. xiij. Astutus. i. prudēs

Universidad de Deusto
Biblioteca

ōia facit cū cōsilio.sic ergo astutia consistit in excogitatione dictarū viarū simulatarū ad aliquē finē consequendū puta vt in ꝓposito ad decipiendū ꝓximū in tēporalib⁹. Et hoc est qđ dicit Pē.de iniquo. Tota die iniustitiā cogitauit lingua tua. Lingua .s. cordis, exquirēdo & inuestigādo mente quō iniusta possit facere & proximum decipere Sed dicit dās per prophetā Iob .v.c. quod recitat apls.i. Cor.iij. Comprehendā sapiētes.s.mūdi in astutia eor: qa frequenter cum intendant decipere ipsi decipiuntur.

Dolus iverbis

§.II. QVANTVM AD SECVNDVM

notādum ſm be. Tho.ij.q.liij.cꝑdolus est executio astutię. Vñ cōsistit in executione dictarū viarū falsarū quę excogitatur per astutiā. & principaliter fit per verba ad decipiendū, iuxta illud Pē.xlix. Lingua tua cōcinnabat. i. multiplicabat dolos cꝫuis & ad malitias cordis ex cogitatas ad decipiendū extendat etiam dolus Iuxta illud Eccli.s. Cor tuū plenum est, dolo & ad opera deceptoria. ſm illud Hiere.vj. Cū ſti faciūt dolū. sit ergo dolus per verba & facta deceptoria: fraus autem proprie per facta: & sic habes differentiam inter fraudē & dolum. & sic sumitur cū dicit eē de rescrip. ex tenore. cꝑ fraus & dolus nemini debent patrocinari: vt fraus referat ad facta deceptoria: ad verba autē dolus. Et no. ſm. Pe.de. Pal. in. iiij. Goff. & Bernar. cꝑ si dolus dat causam cōtractui: puta quis celat vitiū equi quem ponit venalē vel laudat ipsum vt indefectuosum: quē defectū si sciret emptor nullo modo emeret vt equū cadentem periculosum: tūc res illa cꝫuis valeret preciū tamē ga venditor celando vitiū occultū rei illius vel laudando vt non habentē defectū cū sciret tenet ad restitutionē precii emptori & rei offerētis rē: qa, ꝓpter talem dolū pōt rescindi cōtractus ſm iura. Si autē dolus ꝑ verba vel facta incidit in, cōtractum: qa .s. emptor emisset illā rē cui⁹ defectum nesciebat: fed nō tm preciū: tunc si res illa tantum valet nō tenet ei vēditor in aliquo: qa exquo volebat emere debebat emere iusto ꝑcio: sed si nō tāti valebat debet restituere illud plus. Hos dolos dum facit iniusti⁹ auarus ꝑ verba adulatoria plena fallacijs alliciēdo verbis humanis & reuerētibus ostendēdo se amicū emptoris & hmōi. Vñ Pē. ꝓpter hoc assimilat eū barbitōsori: & linguā suā nouacule cū qua radit pilos qui anteꝫ radat acuit nouaculā sup lapidē oleo linitū: ita auarus & fraudulentus oleo adulationis linguā acuit ad radendū pilos. i. auferendum temporalia. Dicit ergo sicut nouacula acuta. s. lingua tua fuit. Contra hos imprecatur Pā. v. dicens. Linguis suis dolose agebant iudica illos deus. i. condēna eos deus.

Fraus i factis.

Dolus dās causi cōtractui rescindit contractum.

§.III. NOTA IN TERTIO FRAVdulētiā q̄ cōsistit in factis & cōprehendit in dolo dū dr. Fecisti dolū. i. operatus es fraudē. Sed vt dr Prouerb. j. ipsi molitūtur fraudes cōtra animas suas. Est enim ista fraudulentia aliquādo mortale pcm̄ & ad restitutionem obligat si sit notabilis deceptio. Fit ergo fraudulētia.

¶ Primo in rei quidditate.
¶ Secundo in sui quantitate.
¶ Tertio in eius qualitate.
¶ Quarto, in soluendi tarditate.
¶ Quinto in preci ad res mutabilitate.
¶ Sexto in bonę intentionis prauitate.

§. IIII. PRIMVS ERGO DEFE

Fraus i substantia rei.

ctus fraudis est in quidditate seu specie & substātia rei: vt si vendatur orichalcū ꝑ auro: vnus lapis preciosus ꝑ altero vinū lymphatū ꝑ puro: & hmōi. De qua fraude cōtra eam facientes inuehit de⁹ per Esa. di. i. c. Argētum tuū versum est i scoriā: vinum tuū mixtū est aqua vbi alia trāsactio habet caupones tui vinū aqua miscent. Hanc fraudē cōmittunt in specie rei macellarij: vendentes: carnes hircinas vel caprinas ꝑ castratinis. Aromatarij vēdētes vnum aroma mixtū cum alio ꝑ puro: cerā mixtā oleo ꝑ pura cera: vnū medicinale pro alio. Et multi alij artificijs suis faciūt multas sophisticationes. Si qs ergo scienter aliquam fraudē facit in hmōi decipiens vel intendens decipere proximū peccat: & ad restitutionē tenetur si notabiliter lędit ſm beatū Tho. ij.q. lxxvij. Sed si ignoranter fieret talis deceptio. s. vendēdo vnā rem pro alia: cum. s. credat talem esse nō peccat. sed tamē tenetur ad satisfactionē cum perci pit de errore. puta vendit qs anulū orichalcum pro aureo credēs esse aureum: tenet cum perpendit de errore illi emptori satisfacere. Sicut etiā siqs daret alicui vnum grossū argenteū deauratū pro vno floreno tenet dare vnū florenū. Et ex his patet vt dicit bea. Tho. vbi. s. cꝑ illicitū est vēdere aurū vel argentum alchimicū provero tū qa non est adeo purū sicut verū: tum etiā qa nō habet easdē ꝓprietates sicut proprietatē letificādi: aur qa non valet contra certas infirmitates. Si aūt per alchimiā fieret verū aurū non esset illicitum vēdere, ꝓ vero: qa nihil prohibet artēvti aliquibus naturalibus causis ad producendū veros & naturales effectus. sicut Aug. dicit in lib. de trini. de his q̄ fiunt arte dęmonū. Et qđ dictum est de venditore idem itelligē dum de emptore: cū. s. vēditor crederet rem suā minus pręciosam: puta orichalcū quod est aurū & lapidē vitreū qui est prætiosus. Emptor ſem cū hoc percipit peccat grauiter si nō dat sibi pręcū competēs valori rei: sed ſm estimationem vendētis: & tenet ad satisfactionē. Verū cum alig sophisticant ea quę vendūtvt se seruent idēnes: & cū aliquo lucro congruo: qa si venderēt puras res & emptores non vellent dare iustū pręcium: qa alij vendūt talia sic sophisticata & mixta minori ꝑcio videnē posse excusari dūmō nō fiant tales mixturę q̄ noceāt humanis corporibus qđ accidere potest i his quæ venduntur cibum & potū hominū pręcipue medicinalibus. Similiter nō videt illicitum cum per talē mixturā res reddunt magis amabiles & nociuę: sicut audiui contigere de vino gręco qđ aliquādo quādo est purum: qa nimis fumosum minus placet cū vero aqua misceat amabilius redditur & libentius emunt homines credentes tamen esse purū. Debent tamen vēditores i hmōi casibus minus vendere cꝑ si esset purum: al's vēderent aquam pro vino. & sic de alijs similibus.

§.V. SECVNDO FIT FRAVS IN

quātitate pōdere, numero, & mensura. Vñ dās Deut.xxv. dicit. Non habebis i sacculo diuersa pondera maius & minus: & Leuit.xix. Nolite facere iniquū aliqđ in iudicio in regula: in pondere & in mensura. & Osęæ.xij. Chanaam i manu ei⁹ statera dolosa. Chanaā interpretat negotiator. Hi em cōmittunt dolos & fraudes in mensuris: qa & si habeāt iustas causas & pōdera. tn fraudulenter vtūr eis ad decipiendum. Et in pondere qdem fraus est cū dat qs. xj. vncias ꝑ vna libra carniū, aromatū, pisciū, lane, lini. & aliarū rerū pōderabiliū. In mēsura cū dat de pāno laneo vel lineo. vel. x. brachia vel vlnas cū dimidio pāni. ꝑ. xj. vel sextariū vel mnā victualiū diminutā vel metretam vini oleivel alteri⁹ liq̄ris nō plenā. In numero vt cū qs debet aliquas res i certo numero dare numerum diminutum tribuit. Omnes hi q has scięter faciunt fraudes inique agunt & cōtra dūm. de quo dr Sap.xi. Oia disposuisti in pōdere numero & mensura. s. debitis & tenenť ad satisfactionē dānificatis vel si parum est dare pauperibus. Nota tn ꝙ vbi est de more patrię ꝙ q dat lanā vel linū ad nendū seu filādū accipiat & cōputer filatū ad rōnē. xiij. vnciarū ꝑ libra qn hoc scit q laborabat illa filādo si nō soluit sibi de. xiij. vncijs nisi ꝑ vna libra. nō, ꝓprie ē ibi fraus: qa nō decipit cū sciat sic sibi debere solui & sic itelligi pactū cum a pricipio sibi dat opus. Scienti em & consentienti non fit iniuria nec dolus. de regu. iur. lib. vj. cuius turpis videat mos. Non aūt sic excusant tabernarij dantes mensuras vini diminutas. s. vsq; ad collū metretę vel alterius mēsuræ cum sit de more. Nam emētes decipiunt cum itendant habere plenam mensuram & contra volūtatē eorum diminuitur nec cōsuetudo excusat quæ dicēda est corruptela nisi hoc facerēt vt se cōseruēt idēnes vel eū aliquo lucro rationabili q al's nō lucrarent si plenas mēsuras darēt: qa oporteret pręciū augere in quo nō inuenirent emptores vel pauc os. Itē lanifices q faciūt pannos tn habere ad tractorium vltra debitū artis. vñ postea made factus & tonsus: vt moris est retrahitur ad longe minorē mensurā cꝑ debet fraudem faciunt. Et multo magis q ſm rationem artis vendunt caligas cum faciūt pannū ex quo eas formāt minus debito made fieri: it a ꝙ postea ipsis fortis cū vtitur emptor multū restringunt & decurtant: peccāt non parū & fraudatis tenent ad satisfactionē cum cito lacerent & male deseruiāt eis. Itē lanini. i. deferentes lanā vel linū ad filandū qbus pecunia datur a magistris suis: vt soluant ad rationē tantum pro

Dantes ad filādum.

Tabernarij.

Pānorū tractatores.

tum pro libra: puta quinqꝫ solidos si min⁹ soluūt. & illud sibi retinent fraudem faciunt. Etsi a filatricibus auferunt minus cōuento vel debito: precio soluētes illis debēt satisfacere in futurū supplēdo illud minus datū eis dē vel pauperib⁹ erogādo si parū ē ꝓ qualibet: vel nō. bene scitur persone. Si vero eis soluūt cōuentum & cōgruū precium qđ eis remanet de pecunia tenētur magistris restituere.

§.VI. TERTIO IN QVALITATE

rerū fit fraus: cū. s. venduntur carnes infectę ꝑ sanis aromata antiquata & sic virtute debilitata ꝑ recentib⁹: liber corrupt⁹ & falsus ꝑ fideli & corū fragile pro durabili: vinū coruptū, ꝑ sano: dom⁹ ruitura ꝑ stabili & firma: a ial infirmū pro sano: pānus defectuosus pro indefectuoso & hmōi: De his dr Esa. xxxij. Fraudulenti vasa pessima sunt id est artificiata. Et cū qręrit si teneat vēditor: semp dicere defectum rei quā exponit venalē Rūdet. b. Tho. ij.q. lxxvij. ꝙ defectus rei aut est occultus: aut manifestus. Si occultus. tunc aut talis defectus reddit vsum illius rei venalis impeditū vel noxiū: aut non. Et siquidē talis defectus reddit vsum rei impeditū vel noxiū: puta cū quis vendit equū claudicantē, ꝑ veloci: vel domū ruinosā pro firma: vel cibū coruptū pro sano: peccat grauiter iniustitiā cōmittendo in dolosa & fraudulēta vēditione & ꝓximū damnificando ex hoc. vñ & tenet ad dāni recōpēsationē per regulā illā. Qui occasionē dāni dat: dānum quoq; dedisse videtur. eē de iniur. & dam. da. si culpa. Tenetur ergo manifestare vitium rei nec debet celare. Si autē defectus rei nō impedit totalr vsum ei⁹ nec reddit noxiū: sed min⁹ reddit rē vtilem si demat de precio quantū importat ille defectus: fraudē & dolū perpetrāt: & tenentur ad satisfactionem. Mediatores quoq; seu sensuales qui sciūt tales defectus & pro bonis & in defectu sic vēdere faciūt participes sūt peccati: & sunt obligati ab restitutionē vt de iniur. & dam. da. si culpa. Idem de facientibus fieri pānos lineos vel de serico intextos: cū eueniūt notabiles defectus in eis: siue ratione materię siue rōne formę seu texturę: qui tamē nō percipi de facili possunt ab emptoribus. Sec⁹ autem dicendū in oib⁹ pdictis casibus qñ emptor percipiēs tales defect⁹ vel nō pcipiēs volūtarie emit rem & illo pcio peritus i negociando: qa intendit inde bene lucrari: puta in alio loco vbi care venduntur etiam cū talibus defectibus Sciēti iem & cōsentiēti nō fit iniuria nec dolus. de re. iur. libro. vj. Sed qđ de ipsis reemēdatoribus pānor⁹ qui vidētur ex ope suę artis esse occasio illi⁹ fraudis qa ita subtiliter agunt ꝙ non percipi de facili possunt scisiure pānorum: Rn. ꝙ cum ars illa sit publica in ciuitate & tolerēt & rōnabiliter: quia & si non fieret illa reemēdatio nec etiā iustum pręciū vellēt emptores dare: vel etiā forte nō ita de facili inuenirēt emptores: vnde & homines possunt intelligere pānos aliquando habere tales defect⁹. Lanifices possunt iusiꝑ iuste vēdere diminuēdo de precio ſm quātitatē defectus: quod verū faciāt vel nō faciāt non habent ipsi dijudicare: ideo non videtur posse condēnari: sed tolerari.

Quādo defect⁹ rei debet manifestari.

Adde tex. in. l. ītemela §. si ali⁹ &. §. itē eū eo. ff. eo. §. l. nō solū eo. titu. &. c. sūt dignū. et. de homi.

Vēdito res panorum.

§. VII. QVARTO INSOLVTIO

nis diminutione & tarditate fit fraus seu damnum: qñ non soluit laborāri ꝑ ope suo termino debito: qđ faciunt multi non tā ex impotētia cꝫ ex auaritia: qa cū illa pecunia debita solui mercenarijs vel alijs volunt aliquo tempore negotiari & lucrari: sed hoc est expresse cōtra dñi mandatum di. Leui. xix. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane. Et Prouer, iij. Ne dicas amico tuo: vade reuertere eras cū statim possis dare. Cū em tales indigēt: sustinent, inde plura incōmoda quorum illi sunt causa. Et hoc nisi nondū terminus aduenisset solutionis faciēdę ſm pactum & cōuentionem. Vnde & dās vineę dicit in fine diei procuratori suo. Voca operarios & redde illis mercedem ſm cōuentionē factā. Aliqñ etiā dat eis falsas monetas pro bonis: aliqñ etiam eis subtrahunt de debito diuersis vię. Sed quid cū Petrus volens soluere creditori: puta Ioanni pro re emptavel ope facto sibi vel vectura rerum: vel alia causa mittit eū ad cāpsorem vel mercatorē qui habet suas pecunias vel sibi eas mutuat: vt ipsi soluat: & cāpsori⁹ vel alius gerēs negotia ipsius mercatoris ꝑ eo soluit Ioanni ad instātiā & voluntatē ipsius Petri: retinet tn duos denarios ꝑ libra ꝑ mercatore cāpsorius ejus: nunqd est licitū Rn. si hoc habet ꝓsuetudo ciuitatis i hmōi: & creditor hoc sciēs non contradicit: videt posse tolerari & excusari rōne consuetudinis: quæ legē facit cū est rōnabilis vt dist. j. cō suetudo. Non aūt videtur irrationabilis dicta cōsuetudo: cū introducta sit respectu laboris numerantis pecuniā & scribētis & expēsarū quas facit campsor vel mercator pensionis exercētium artē pro eo. Ratio em expensarū & laboris habēda est. ar. c. magnę, de voto. Et nullus cogitur suis stipendijs militare. xiij. q. j. §. iij. Si autē vltra cōsuetū acciperet fraudem cōmitteret, vel etiā si creditor hoc nesciens cōtra voluntatē suā & intentionē recipit illā diminutionē nā tunc mercedē laboris sui si vult campsor ab eo. s. Pe. cuius nomine soluit: recipiat: non a creditore Ioan. qui intergre debet recipere ius suū. Sed quid de cameranis vel depositarijs cōitatis in diuersis officijs: vt montis vel gabellarum & hmōi habentibus vel recipere pecunias a personis: vel tradere eas vanis hoibus ꝑ cōitate a quolibet dante vel recipiēre pecuniā ab eis exigāt aliquid: puta vnum denariū pro floreno vl' libra: nūquid hoc est licitū si hoc habet cōsuetudo a diu seruata' Rn. dicendū saluo meliori iudicio hoc videt distinguendū: qa aut tales sunt salariati a cōitate & sufficienter ſm laborē officij & qualitatē: aut nō sunt salariati vel diminute & si sufficiēter salariati. In primo casu non credo posse exigere vel recipere: qa ibi nō videt habere locū cōsuetudo: cū irrationabilis sit introducta ex mera & immēsa cupiditate: vnde potius dicenda est corruptela. di. viij. cōsuetudo. Et sic credo talia sic extorta seu acquisita ex debito pauperib⁹ erogāda. vt. xiij. q. v. c. non sane. In secūdo casu videtur eos posse exigere & consuetudinē eos excusare: quæ rationabilis est cum seruiat illis personis: & nemo de suo cogitur facere beneficiū, ar. xiij. q. i. §. j. sed dignus est mercenarius mercede sua.

non soluentes mercenarios.

Mat. xx

Cāpsor

De officialib⁹ cōitatis

§. VIII. QVINTO FIT FRAVS IN

pecuniæ ad res mutabilitate: & ex hoc diminuitur precium debitū, ꝓmissum: qa nō indigētes aliqñ talibus reb⁹ cōducti i aliquo opere cū vēdūt minus pręciū cꝫ id qđ cōstitit eis. Et cōtra hos ait Iacobus apls. v. c. Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras' quæ fraudata est a vobis clamat contra vos. Sciendum igit ꝙ cū pacta de De obseruanda pactorum. beant seruari eē de pact. antigonus. Et pacta ex conuentio seruāne legem accipiunt: ideo cum quis cōducitur ad aliquod opus: si, ꝓmittit sibi dare pecuniā nō debet illi dari victua pactalia vel pannū vel alias res: nisi inquantū velit ipse cōductus sua sponte: vel nisi alio mō non possit sibi soluere ex defectu pecuniæ. Sed tunc si ille non indiget vsu illius rei: puta panni: sed oportet vendere vt habeat pecuniam alijs rebus emendis: illud dānum quod inde sustinet in minus vendendo debet conductor resarcire: ex quo pactum fuit de pecunia & inuoluntarius alias res recepit. Sed si a principio operis pactum in soluendo sibi de labore suo certo precio in rebus puta pānī: victualiū: & partim in pecunia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adde.l. pemo. ff.eo. & ibi Bar.

tunc si illas res quas sibi dat pro parte solutionis ſm con tentionē vendit iusto precio ſm q̄ alijs vēdit: quāuis ipe non indigens eis reuēdēdo multū perdat: quia quod sibi datum fuit pro.xx.solidis nō potest vēdere nisi ,p.xv.vel minus: in nullo cōmittit fraudem cōductor: quia sciēti & consentiēti nō fit iniuria nec̄ dolus. de re. iur. lib.vj. Sed si ipse vel alius pro eo: puta retaliator pro setariolo dat pā num textori conducto a setariolo maiori precio q̄ alijs vē dat: de illo pluri certe tenetur: puta retaliator vēdit pan num alīs ad rationē.xxx. solidorū ,p brachio: sed textori serici ad rationē.xxxiij. vel plus quem pannū reuendens reperit.xxv.solid̄.certe setariolus tenetur textori de trib⁹ solidis pro quolibet brachio pāni: quia plus iusto precio tantum vendidit sibi retaliator ad petitionē setarioli: sed de illis quinq̄ quibus minus vendidit q̄ emit non tene tur ei ex quo iusto precio venditum fuit: & cōuentio iter illos talis fuit: vt.ſ.in panno sibi soluerit in totum vel in partem pro suo labore. Sed & si ipse textor serici ab initio cum pactū fecit cū setariolo de panno sibi dādo pro labo re suo scit q̄ retaliator vendet sibi plus iusto precio: qa sic cōiter fit & al's expertus est: non videtur sibi setariolus te neri: quia in idē reuertit acsi setariolus a principio faceret pactū cū textore dādi sibi tantū quantū vender pānū sibi datū puta debet sibi dare.x. flore. ,p suo labore. sed i pāno de quo fit textor q̄ non inueniet de ipso panno vendens ipsum. vj. floreū. vñ ita est sicut faceret pactū cum eo dare sibi. vj. flore. nō obstante q̄ dicat de.x. flore. qa nō i pecu nia. x. ,pmisit: sed i pāno sibi cōputādo taliter q̄. vj. flore. habebit. Vñ em̄ textor peteret tantū. vj. flore. a setariolo: qa sic̄ credit habiturū ,p pannū sic vendituū: non videt setariolus male facere. Est n̄ satis turpis talis mod⁹ vtriq̄ & setariolo & retaliatori: & potius est reprobādus vt iniust⁹

In pactis,

Nota tamen q̄ si ex hoc non accipit textor debitū lucrū de labore suo ſm cōem ẽstimationē: sed diminutum: puta tur autē debitū lucrū illud in quo cōueniunt in pecunia: puta .x. flore. sed qa pauper est & oportet eū accipere etiā multo minus vt se & familiā sustentet: tūc vtiq̄ setariol⁹ sibi teneret dare supplemētū vsq̄ ad.x. vl circa: si dat sibi pannū quē non vēdit nisi. vj. qa sicut dignus est operari⁹ mercede sua ex debito iustitiæ ita & conuenīēti mercede: alīs esset contra æqualitatem iustitię: sicut in ẽmptio nis & vēditionis est iniustitia & p̄m cum res emitur mi nus iusto precio ex necessitate venditoris: sed si quantitas vj. floren. reputat congrua merces sur laboris videt posse illud: & si turpiter inuentū admitti: verū quia talia cōmu niter inuenta sunt ad decipiendum & opprimendū paupe res ideo inducendi setarioli & retaliatores q̄ abstineant a talibus: & ex factis huiusmodi fraudibus satisfaciant lę sis: vel pauperibus erogent si non grauauerunt notabili ter textores. ar. xiij. q. v. c. qui habetis. &. c. nō sane. Et idē dicendum de alijs conducentibus laborantes ad alia artificia & exercitia: sed de setariolis & textoribus dictum est quia huiusmodi multum Florentiæ practicatur

Equalitas iustitiæ quādo vitiatur.

§. IX. SEXTO FRAVS EST IN

operibus de genere bonorū: cū. ſ. quis in eis quærit aliud ſ.Co.x. q̄ gloriā dei. luxta illud apli. Oia in gloriā dei facite: puta remunerationē in mundo ,pter quod dī Hiere. xl viij. Maledictus omnis qui facit opus dei fraudulenter & de fidiose: quod exponēs. Grego. ix. lib. mora. dicit q̄ triplex fraus cōmittitur in bono opere qđ est opus dei: cū. ſ. intē dit remuneratio ex eo ab hoie. Et hoc primo a corde. ſ. vt habeat amicitiam & gratiā hominum ideo aliquid boni operatur: sed fallax gratia dicitur Prouerb. vlti. Qui enim hoc quærit lę̄pe. vt ait Augu. ab eo offendit deus ne offen datur amicus. De⁹ autem (ait pē. lñ.) dissipauit ossa eorū: id est opera in genere virtuosa quæ hominib⁹ placent. Se cūdo ab ore cum. ſ. ex bono opere querit laus humana: qđ prohibuit christus dicens. Cum facis eleemosynā noli tu ba canere ante te. Mat. vj. id est noli publicare vt lauderis quāuis enim dicat q̄ memoria iussu cū laudibus: non tū ipse requirit eā: sed deus illi eā tribuit vt nō solū a deo sed etiā ab hoibus viuens & mortuus laudet. Tertio ab ope re cū. ſ. quis aliqđ bonū facit vt a deo remuneretur tpali ter. i. vt ꝓsperet: ieiunat seu orat & hmōi: facit vt cōsequa tur eleemosynā vel ecclesiasticā dignitatē vel alios confi dētes de sua bonitate decipiat temporaliter vel spūaliter

Fraus i bono opere triplici ter.

Prouer.

talis hypocrita est: & de hmōi dīs dicit. Vhe vobis hypo critę q̄ sīles estis sepulchris dealbatis q̄ apparent hominib⁹ speciosa. Mat. xxiij. Omnes ergo tales qui fraudes fa ciunt in opere dei. i. de genere bonor⁹ maledictionem dei incurrunt. Econtrario de viso iusto dī Esa. xxxiij. Beatus q̄ excutit manus suas. i. opa ab omni munere. i. cordis oris & operis: nil. ſ. quærens ab hoibus vt finem ipsorum operū nec gratiā hoim: nec laudē: nec transitoria.

§. X. DE PERMVTATIONIBVS

rerū ad res i negotiando quæ vulgariter dicunt baratti: puta dat lanifex setariolo duos pānos laneos æstimatos ab eo cētū flore. & ,p his setariol⁹ dat lanifici pānū sericū ẽstimatū ab ipso. c. flore. Siue mercator dat lanifici lanam & setariolus sericū: & pro his lanifex dat sibi non pecuniā sed pannos laneos: & setariolus dat pānos sericos in tali æstimatione i quāta receperunt lanā vel sericū: nunqd est licitū? Rñ. Si pure & absq̄ fraude partium fiat pmutatio quantitatis præcipue vl qualitatis rerū est ꝓ̄ctus permutatio nis & licitus: qa a iure approbatus simpliciter i tpalibus. eē de re. pmu. per totum. Si aūt fiat fraus: aut hoc est i ipis mercimoniis quo ad qualitatem: aut in æstimatione prę cij. Si i qualitate rerum pmutatarū: tunc si est fraus ex par te vnius tantum: qa. ſ. dat alteri pannum laneū vel sericū seu lanā vel sericū multū defectuosa cōtra itentionē eius: cum tñ ipe recipiat res ab eo nō vitiatas: vtiq̄ peccat nota biliter & tenet satisfacere notabiliter lędēs. eē de iniur. & dam. da. si culpa. Et sīr mediator seu sensalis q nouit hu iusmodi fraudē: qa coopat fraudi. ij. q. i. notū. Si aūr vterq̄ itendit alterū decipere: & ab vtroq̄ dat alteri res defectuo sa pro bona vtroq̄ ignorāte fraudē alterius vterq̄ peccat mortaliter propter malam itentionē. xxij. q. v. q. peierare. Quantū aūt ad satisfactionē pōt hic habere locū cōpēsa tio: vt vnus alteri nō teneat ſi in tanto deceptus est vnus ꝑ intentionē suā quantū alter. Si ꝓvterq̄ vt practici sci rent defectus rerū permutādarū: nō videt ibi esse fraus qa scienti & cōsentiēti nō fit iniuria. de re. iur. lib. vj. & alter alteri non tenet. Si aūt fit deceptio i præcio: qa excessiuū ponit i suis mercimoniis: tūc si vn⁹ eorū excedit in pręcio & non alter qui excedit peccat & obligat satisfacere si est notabilis excessus: nisi hoc alter perpēdat: & tamen sic ve lit facere permutationē: tunc videt nō teneri per regulam scienti. i. vj. Si autem scienter vterq̄ excedit in pręcio i ęstimando suas res: qa alter de altero hoc credit & cognoscit cum quotidie hoc practicent puta mercator de lana quam dat lanifici valente tunc. xc. floreñ. ſm currens præciū ex igit. c. vel circa. Et lanifex de pannis laneis quos dat mer catori pro sua lana exigit. c. cum non valeant nisi. xc. vel circa: cum alter probabiliter sciat de altero q̄ iniustum præcium exigunt de sua revidetur hic habere locum com pensatio: nec ibi proprie esse fraudem cum intendant se cōseruare idēnes nō alterū grauare tales tamē adinuen tiones sunt ex cupiditate iuentæ: & ideo vitandę.

Casus pulchri de pmutationibus.

Cōpēsatio habet locum.

¶ De multiplici falsificatione: & ibi agitur de falsificatio ne i mensuris: i pōderibus: in monetis: in scripturis: i bul is in instrumentis: & in fœtibus filiorū. Ca. XVIII.

DE FALSIFICATIONE PO

test iduci illud Psal. lxj. Mēdaces filij hoim i sta teris: vt decipiāt ipi de vanitate in idipm. Vbi tria pñt notari. Primo defectio ꝓ̄itatis. ibi. Mē daces filij hominū i stateris. Secūdo intētio nocibilitatis ibi. vt decipiant ipsi. Tertio consecutio pœnalitatis. ibi. de vanitate i idipsum.

triplex statera.

¶ In statera quidem cōscięntiæ vel opinionis internalis.

¶ In statera sententiæ iudicialis.

¶ In statera mēsuræ materialis.

Prima est cū qs iudicat de aliquo ſm suā ꝓscięntiā in qua frequēter fallit nō recte æstimādo. Vñ Hiero. Non affera mus stateras dolosas vbi appēdam⁹ qd' volum⁹ ,p arbi trio nō dicentes hoc graue hoc leue. Sed afferamus diui nā staterā de scripturis sacris tā q̄ de thesauris dīnicis: & in illa qđ sit grau⁹ appēdam⁹. xxiij. q. i. nō afferamus. Sed mēdaces filij hoim in statęris: faciētes sibi leuē cōscientiā vl' nullā de grauib⁹ pēis seu malis: vt & de adulterio ,ppē qđ sequit falsus part⁹ aliq̄n & suppositio alieni part⁹ &c.

Meritum & demerit.

Secūda est in iudicio vbi sn̄ia est quasi statera. Vñ Grego. xlv. dist. oīs. Omnis qui iuste iudicat, statera in manu ge stat. Sed mēdaces filij hominū in stateris p iniustas sn̄ias.

Tertia est statera mensurę materialis. de qua Prouerb. xj. dicit. Statera dolosa abominatio est ante deum. Sed men. filij ho. in sta. qa faciūt aliq̄n falsas mēsuras & pōdera: vł eis vtūtur. Numisma etiā ſm phm dī mensura rerū vena liū: qa tantū monetę datur quanti ęstimatur res esse valo ris. Sed mēda. fi. ho. in sta. falsificando monetas: vel falsis vtendo. Scripturę etiā hoim possunt dici stateræ: qa p eas quasi mēsurat & declaratur qđ alicui sit concedendū. Sed men. fi. ho. in sta. ſ. bullas falsificādo in strumenta & alias scripturas. Et de his oībus in seq. §. declarabitur.

Pœna fraudulentorū.

§. III. QVANTVM AD TERTI

um principale oñdit qđ demū eueniat istis mendacib⁹ i sta teris & falsificātibus: hoc videlicet qa cū ipi decipiāt ipsi tādē decipiūtur. Sed vbi in modico decipiūtur: qa i terrenis ipsi i multo: qa in ęternis a diabolo decipiūtur: nō perpē dēres se inde priuari gloria: & ęterno igne puniri. Et sic in telligit illud Psal. De vanitate in idipm. pcedētes. ſ. men daces: de vanitate. i. falsitate qua vtunt ad decipiendū: in idipm incidūt. ſ. in deceptionē. Magna em̄ deceptio ęqua decipiunt a diabolo: quia dū intendūt & sperāt ex suis de ceptionib⁹ ditari & gaudere inde summe depauperant & ꝓtristātur cū demū in pūcto ad inferna descēdūt. ppr hoc igne ęterno cruciādi: vbi nec gutta hr̄e aq̄ valet in refrige riū: sicut de diuite epulone postulāte vt Lazar⁹ descende ret ad eū & aquę gutta refrigeraret linguā eius. Lu. xvj.

§. IIII. DE FALCIFICATIONE

monetę. Abb̄. si. sup. c. quāto. de iureiur. sic dicit ſm glo. i d. c. Non licet sine cōsensu principis seu imperatoris cude re monetā. vt. C. de falsa mo. in. l. ij. & ij. ſm Bar. & Cyn. ibi. & ß verū nisi ciuitas vel princeps inferior p̄scripsisset hoc per tantū tēpus de cuius initio non existat memoria: vt in. c. sup quibusdā. de verb. signi. vel nisi esset talis q p̄ scripsisset iura imperij: vt Hispaniæ reges: q vt dicit glos. dist. lxiij. Valētinianus. nō subiacēt imperio: qa de hostiū faucibus regnū eruerūt. Falsatur aūt moneta multiplici ter. vt in glos. d. c. quanto. & sic varie punit. Vno mō fal sat moneta principis de nouo cudēdo: & talis debet cōbu ri. vt. l. n. C. de fal. mo. Sed' o falsat qs cudēdo monetā ciui taris vel inferioris a pricipe: & talis capite punit. vt. C. de fal. mo. l. i. Tertio cū quis nō fabricat de nouo monetam: sed fabricatā cudit. ſ. minuēdo: vel tingit puta monetam ſreā vt appareat aurea: & talis punitur vltimo supplicio: vel datur ad bestias ſm ꝓditionē ꝓsonę. vt. ff. ad. l. cornel. de fal. l. quicūq̄. Item notandū sed' o q̄ habēs ius cudendi

Qualiter mōeta falsat.

Mendacij cū qđ sit.

re. Oēs qui amāt mēdaciū filij sunt diaboli. De ipso enim dicitur Io. viij. Mēdax est & pater eius. i. mendacij primus inuentor. Et corde quidē mēdaciū dixit cū ait i corde suo vt dicitur Esa. xliij. Similis ero altissimo. existimās perue nire ad gloriā per virutē propriā. Ore vsus est mendatio cum dixit per serpentem primis parētibus. Nequaq̄ mo riemini &c. Gen. iij. Opere autē cū ſm Apostolū ipse Sa thanas trāsfigurat se in angelum lucis.

ij. co. xj.

§. II. QVANTVM AD PRIMVM

Certū est q̄ in omni mēdacio deficit veritas: & cū christ⁹ sit ꝓ̄itas discordat ab eo'. vñ cū christo nō pōt eē aliqs cū mēdacio. Dicit em̄ Apoc. xiiij. de sanctis q̄ nō est inuentū mēdaciū in eis. Sunt autem mēdaces filij hoim in stateris. Statera autē est quędā regula recte mensurandi res cum est iusta statera: sed mendaces filij hominū in stateris.

Mēsurę & pōderis falsificatio

¶ In statera quidem cōscięntiæ vel opinionis internalis.

¶ In statera sententiæ iudicialis.

¶ In statera mēsuræ materialis.

Prima est cū qs iudicat de aliquo ſm suā ꝓscięntiā in qua frequēter fallit nō recte æstimādo. Vñ Hiero. Non affera mus stateras dolosas vbi appēdam⁹ qd' volum⁹ ,p arbi trio nō dicentes hoc graue hoc leue. Sed afferamus diui nā staterā de scripturis sacris tā q̄ de thesauris dīnicis: & in illa qđ sit grau⁹ appēdam⁹. xxiij. q. i. nō afferamus. Sed mēdaces filij hoim in statęris: faciētes sibi leuē cōscientiā vl' nullā de grauib⁹ pēis seu malis: vt & de adulterio ,ppē qđ sequit falsus part⁹ aliq̄n & suppositio alieni part⁹ &c.

Secūda est in iudicio vbi sn̄ia est quasi statera. Vñ Grego. xlv. dist. oīs. Omnis qui iuste iudicat, statera in manu ge stat. Sed mēdaces filij hominū in stateris p iniustas sn̄ias.

Tertia est statera mensurę materialis. de qua Prouerb. xj. dicit. Statera dolosa abominatio est ante deum. Sed men. filij ho. in sta. qa faciūt aliq̄n falsas mēsuras & pōdera: vł eis vtūtur. Numisma etiā ſm phm dī mensura rerū vena liū: qa tantū monetę datur quanti ęstimatur res esse valo ris. Sed mēda. fi. ho. in sta. falsificando monetas: vel falsis vtendo. Scripturę etiā hoim possunt dici stateræ: qa p eas quasi mēsurat & declaratur qđ alicui sit concedendū. Sed men. fi. ho. in sta. ſ. bullas falsificādo in strumenta & alias scripturas. Et de his oībus in seq. §. declarabitur.

§. III. QVANTVM AD TERTI

um principale oñdit qđ demū eueniat istis mendacib⁹ i sta teris & falsificātibus: hoc videlicet qa cū ipi decipiāt ipsi tādē decipiūtur. Sed vbi in modico decipiūtur: qa i terrenis ipsi i multo: qa in ęternis a diabolo decipiūtur: nō perpē dēres se inde priuari gloria: & ęterno igne puniri. Et sic in telligit illud Psal. De vanitate in idipm. pcedētes. ſ. men daces: de vanitate. i. falsitate qua vtunt ad decipiendū: in idipm incidūt. ſ. in deceptionē. Magna em̄ deceptio ęqua decipiunt a diabolo: quia dū intendūt & sperāt ex suis de ceptionib⁹ ditari & gaudere inde summe depauperant & ꝓtristātur cū demū in pūcto ad inferna descēdūt. ppr hoc igne ęterno cruciādi: vbi nec gutta hr̄e aq̄ valet in refrige riū: sicut de diuite epulone postulāte vt Lazar⁹ descende ret ad eū & aquę gutta refrigeraret linguā eius. Lu. xvj.

§. IIII. DE FALCIFICATIONE

monetę. Abb̄. si. sup. c. quāto. de iureiur. sic dicit ſm glo. i d. c. Non licet sine cōsensu principis seu imperatoris cude re monetā. vt. C. de falsa mo. in. l. ij. & ij. ſm Bar. & Cyn. ibi. & ß verū nisi ciuitas vel princeps inferior p̄scripsisset hoc per tantū tēpus de cuius initio non existat memoria: vt in. c. sup quibusdā. de verb. signi. vel nisi esset talis q p̄ scripsisset iura imperij: vt Hispaniæ reges: q vt dicit glos. dist. lxiij. Valētinianus. nō subiacēt imperio: qa de hostiū faucibus regnū eruerūt. Falsatur aūt moneta multiplici ter. vt in glos. d. c. quanto. & sic varie punit. Vno mō fal sat moneta principis de nouo cudēdo: & talis debet cōbu ri. vt. l. n. C. de fal. mo. Sed' o falsat qs cudēdo monetā ciui taris vel inferioris a pricipe: & talis capite punit. vt. C. de fal. mo. l. i. Tertio cū quis nō fabricat de nouo monetam: sed fabricatā cudit. ſ. minuēdo: vel tingit puta monetam ſreā vt appareat aurea: & talis punitur vltimo supplicio: vel datur ad bestias ſm ꝓditionē ꝓsonę. vt. ff. ad. l. cornel. de fal. l. quicūq̄. Item notandū sed' o q̄ habēs ius cudendi monetā dicitur fraudare eā trib⁹ modis. Primo ſm Inno. quando certū pōdus a pricipio ,p quolibet denario demi tur de mandato principis: & illā sic diminutā mādat poni ea recipi ac si primi pōderis esset. Secūdo modo ſm Inno. qñ abiectior cuditur moneta multo minoris pōderis vel valoris q̄ esset deductis n̄ expēsis factis ,p ea facienda. Et sic vult Inno. q̄ tātū debet valere moneta in forma quan tū in materia valet: deductis n̄ expēsis quas autoritatem prestans de suo facere nō teneť: immo si princeps indiget poterit inde habere aliqđ lucrum sic minus valeat q̄ ma teria: etiā deductis expēsis. Et hoc verum si extra regnum nō spargeretur moneta talis: qa tūc. ſ. extra regnum spar gēdo sequeretur dānū etiā nō subditorū. In primo aūt ca su credit Inno. q̄ possit princeps minuere monetā cū con sensu populi: qa quilibet potest renūtiare iuri suo. vij. q. ſ. q̄ periculosum. sed dicit esse periculosum & dicit sufficere cōsensum magnatū regni: qa negotiū puratur negotium vniuersitatis. Fatetur etiā Inno. licentiā populi nō sufficere quando moneta illa est expendenda extra regnū. Ter tio modo fraudatur ſm Hostiē. extrinsecus: vt quia prin ceps bonam monetam reprobat: vel æqualem vel minus valentem subijcit ad hoc vt de reprobata bonum forū h beat & illam conflari faciat & cudi.

Pēa falsi nu mulatoris.

Demanis dena rijs.

§. V. QVANTVM AD VSVM FAL

sę monetę. Nota q̄ sciēter expendēs falsam monetā videt q̄ tenea tur pœna .l. cornel. de fal. q regulariter est depor tatio & oim bonorū publicatio. seru⁹ ꝓ vltio supplicio punit. Sed Bar. dicit b procedere qñ expendit numos plū beos vel stāneos: quia de illis tm facit mētionem illa lex: al's punit pœna extraordinaria. Hęc oia Abbas. fi. No. tū q̄ vbi qs in aliquo loco vbi monetæ diminuti pōderis mi nus valēt ſm illā diminutionē emit debito precio: & po stea illas portat ad aliū locū: vbi tātū valēt quātū integre monetæ: & ita indifferēter expēduntur & accipiunt: & in tātū eas cōputāt quātū integras: vt in qbusdā ciuitatibus regni ex quo pl⁹ vēdit eas q̄ emerit: nō videt i hoc pecca re cū nulli dānū inferat: & sibi ex sua idustria & labore lu crū queriť: sicut accidit de alīs mercimoniis q̄ pl⁹ min⁹ ve valēt in vno loco q̄ in alio: p regulā scięti. de reg. iur. i vj.

Mēsurę & pōderis falsificatio

§. VI. DE FALSIFICATIONI

bus in pōderibus & mēsuris. Ex cōsilio Maguntiñ. dī. Vt mēsurę & pōdera iusta siāt: supple statuim⁹. Et infra. Si qs iustas mēsuras & iusta pōdera lucri cā mutare ꝑsumpse rit. xxx. dies in pane & aqua pœniteat. extra de emp. & vē. c. ij. in glo. Insup punit ſm leges. ſ. ciuiles. l. corne. ide fal. Hæc pnia hic taxata forte locū habet cū cōuinceret in iu dicio ecclesiastico contēptioso. Nā in foro pnie idem iudi ciū est de ista sicut & de alijs taxatis in canonib⁹: vt. ſ. sit ar bitraria. arg. de pœ. dist. j. mēsurā. &. xxvj. q. vij. tpa. Et du bij nō est qn talis peccet mortaliter cū agat cōtra iustitiā & dānū ,pximorū: & tenet de omni dāno ide secuto satis facere. extra de iniur. & dāno da. si culpa. Quod si scire nō posset ,pter multitudinē psonarū & varietatē: tenet pau peribus erogare p̄cipue, si in paruo illos lędit. Tenet etiā ad remediādū inquātū pōt sine periculo suæ psonę vel ma ioris scādali: vt. ſ. auferātur de medio dictę mēsurę vel pō dera falsificata vel adæquētur: & idē dicēdū de eo q̄ eis sci licet falsificati scięter vsus fuerit, ſ. q̄ peccat grauiter: & de eo in quo alius dānificatur per hoc sibi obligatur.

Mēsurę & pōderis falsificatio

§. VII. DE FALSIFICATIONE

in scriptis. Fit aūt hoc vel in bullis papalibus vel instru mētis: vel in literis & alijs scripturis. Et in bullis papalib⁹ bulla seu rescriptis dī falsa eē per surreptionē & p nouā fabrica tionē eius: & p iuris interpretationē. Per surreptionē qui dē dicitur falsa bulla vel rescriptū seu charta: cū. ſ. in peti

falsa p surre ptionē

Universidad de Deusto
Biblioteca

notat ,ꝓditio criminalis cū dr.Magnificauit,i.magnam fecit:supplantationē,i. deceptionē.In euangelio dr Ioan.xiij. vbi hoc dictū allegatur.Qui manducat panem meum leuabit cōtra me calcaneū suū:qd est assumptū ex alia translatione:& in idē sonat.Leuabit calcaneū quo res multū prætmitur.i.erigef ↄ me ad cōculcandū me in mortē ꝑ ,ꝓditionē suā.Est aūt ,ꝓditio magnū scelus summe odiosum deo & hoīb".Nil em ita nocet humanæ quieti & bono cōi: hic oriūtur maxima odia:scandala:homicidia.latrocinia:ciuitatū & regnorum exterminia.Fit aūt ,ꝓditio tribus modis. Primo in reb"& dñis.Secō in capiendis vel occidendis ꝑsonis.Tertio in reuelandis secretis. Primo fit proditio qū quis manifestat res occultas dñi sui amici vel noti sui:mali tio fit tiose alijs vt eas auferant:& præcipue inimici sui:vel etiam tribus cum ciuitatē vel castrū dñi sui vel amici operat vt amittmodis

Prodi-tor ꝓfes-sionis,

Proditi secreta.

Prodēs ciuitatē iniuste vsurpan-tem aut peccet.

rat:& ipse vel alius iniuste accipiat.Et in vtroq; casu vltra graue mortale perpetratū tenet talis ad restitutionem ois damni:tam ipsius dñs & amicis suis ꝙ aliꝭ inde dānificatis:etiā si ipse nullā vtilitatē inde consequat per regulam illam,Qui occasionē dāni dat:dānū fecille videf.extra de iniu. & dā.da.si culpa.& xj.q.iij.qui ꝓsentit.cum glo.Talis fuit proditio Absalonis q sub specie voti implendi traxit ad se populū & cōgregauit in Hebron:& facta cōiuratione contra patrē ,ꝓditorie abstulit regnū patri suo Dauid.Sed ꝙ citissime recepit qd meruit:nā remanente suspēso in quercu ꝑ capillos sub qua equester trāsibat Ioab hoc audiens tribꝰ lanceis eum interfecit.Historiam habes diffuse.ij. Regum xviij.Secundo fit proditio circa personas vt capiantur ab inimicis vel occidantur.Sic Dalila prodidit Samsonem.

Perso-næ pro-ditur.

Nam cum ad importunā eius requisitionem manifestasset ei in quo erat fortitudo eius:vocatis ad se Philisteis eius ꝭ inimicis a quibus acceperat pecuniam proditorie caput ipsius Samsonis dormientis in genibus eius abradi fecit:& excitatum tradidit Philisteis:vt scribitur Iudic.xvj. Sic Ioab osculans Amasa sibi obuiante vt amico gladio proditorie occidit eum.ij.Reg.xxij.Et Dauid per literas ,ꝓditorie fecit Vriam occidi.ij.Reg.xj. Sic Iudas osculo filium hominis tradens Iudæis vt caperēt & occiderent:magnam fecit supplantationē,i. deceptionem magnificauit. Tertio modo fit proditio circa secreta reuelata:vt cū quis cōsilia & secretos tractatus domini sui vel ciuitatis suæ reuelat inimicis vel aliꝭ qbus non debet,Prouer.xj. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana.Qui autē fidelis est celat amici commissum:Silꝫ tñ aliqua illicita tractarent in nocumētū alicuius vel aliquorum contra iustitiam non male faceret reuelādo eis talia secreta vt sibi possent cauere ab iniustis nocumentis modo tñ debito & quantū fieri pōt sine scādalo.ar.xxiij. q.iij.ostēdit.& dis.lxxxiij.per totum,&.xxij.q.v.hoc videf. Exemplū i Chusi q simulās se amicū Absalonis vocatus ad consilium dissipauit consiliū Achitophel:qd erat ↄ Dauid ac reuelauit ei q tractata fuerūt in ꝓsilio ꝑ filios Abiathar vt sibi ,ꝓuideret:vt habef.ij.Reg.xvij. Heliseus etiā ,ꝑphēta reuelauit regi Israel consilia secreta regis Syriæ de his in quibus iniuste ↄrebat illi,nocere:hoc tñ habebat ex revelatione spūssci.iij.Reg.vj.Sed & cum quis peccatū alicuius notabile occultū;manifestat aliꝭ publice corripiendo siue socius:siue prælatus dē ,ꝓditor.Vñ Augu.Si eum.s.occultū peccatorē vis publice arguere non eris correptor:sed prodi tor.ij.q.j.si peccauerit.sisr si sacerdos occulto pōtori etiam excōmunicato deneget in publico sacramenta vel abstineat a communione eius:publice proditor est criminis. Et hoc prohibetur.vj.q.ij.si tantum.& multo magis q̄ habet in cōfessiōe manifestās ,ꝓditor est:& punif si conuincif.extra de pœ.& remiss.ois.Si quis etiam literas clausas alicuius legat aduertenter vt sciat secreta eius :proditor est & mortaliter peccat nisi forte ex quadam subita leuitate vel ignorantia faciat:cum illi notabilem iniuriam faciat:& scandala mīta possent euenire. Et hoc nisi legens esset prælatus eius vel alius sibem ponens in ratihabitione:vel nisi esset manifest" aduersarius eius dubitans ne ibi aliquid tractetur cōtra eū Debuit enim scribens sibi prouidere,ne deuenirent ad manus aduersarij.

Prodi-tor ꝓfes-sionis,

§.VI.QVANTVM AD TERTIVM

principale notatur offensa personæ christi:ibi:supme. Maxima pœna est homini cū videt se ,ꝓditum ab amico & beneficiato.Vt ergō nullū genus pœnæ deesset christi,passio ni:ideo ꝓmisit se prodi ab amico:vnde vt singularem pœnam suā exprimens ipsam proditionē Iesus in vltima cœna turbatus est spiritu.i. alteratus & multum afflictus considerans pœnā ipsius proditionis faciēdæ per Iudam.Sicut ergo patienter tulit proditionem suam:sic & nos debemus ferre deceptiones & proditiones patienter.

Notula vtilis.

§. VII. QVAERITVR CVM QVIS

possīdet iniuste aliquā ciuitatē vel castrum:qa.s.vsurpauit a vero & legitimo dño:si ciuis vel subdit" talis iniusti possessoris,vel alius occulte operef vt amittat talē ciuitatē vel castrū:& recupet ver" dñs ei" si peccat.Ad qd rñdef ꝙ aut hoc agit ex cupiditate vel odio aut ex zelo iustitiæ. Si ptio mō:puta qa inde cōsequif præmiū tpale:vt fieri consueuit i hmōi:nulli dubiū qn peccet mortalr.Radice enim infecta intentionis pestę cupiditatis quæ est radix oīm malorū nō pōt sequi inde nisi fructus mortiferus, dānationis. ar.j.q.j. tertur.Nō tñ tenebif ei q iniuste possīdebat:etsi amisit: qa rē suā ,ꝓprio dño restituit:etsi non debito nō.vñ & Abner capitane" exercit" Isboseth:qa ex indignatione concepta ↄ eū ,ꝓiusta reꝑhensione ac etiā spe tpalis remunerationis;q̄ fuit tradere dñū regni Israel qd iniuste tenebat Isboseth filius Saul Dauid:ad quem de iure spectabat dño illi concedente iusto dei iudicio ,ꝓditorie a Ioab occisus est:' vt habetur.ij. Regum.iij.Si aūt ex zelo iustitiæ mouef totaliter: vl' etiā principaliter:qa sperat etiā secūdario inde consequi alīq̄ remuneratione temporalē:cuius principaliter inducatur ex iustitia non videtur peccare:qa gliber debet ,ꝓximū iuuare ex charitate:sicut in persona ita in reb". Et ad hoc videtur facere quod ait Damasus papa.Qui potest obuiare & perturbare peruersos & non facit:nihil est aliud ꝙ fauere i pietati eorū. Nec caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obuiare.xxiij.q.iij.qui potest.Et cuius principaliter hoc intelligatur de his qui habent publicam potestatem qui ad hoc tenētur necessario ex eorum officio:tñ etiā aliꝭ possunt facere hoc ex quadam charitate:& hoc qñ vertus & legitimus dñs nō potest alio modo recuperare suā ciuitatem vel castrum per superiorē vel alū.Et ex tali proditione verisimiliter credif non sequi mors vel scādalum alicui",Vnde & Ioiada summus sacerdos & iust" dominium regni Iuda qd sibi vsurpauerat Athalia tyrannice ab ea abstulit facta cōiuratione cōtra eā sancte & iuste:& restituit Ioas filio Ochoziæ qui erat tunc septē annorum ad quem de iure spectabat vt habetur,iiij. Reg.xj. Sed si hæc fieri non possunt sine mortibus hominū & perturbatiōib" & scandalis aliorum:nullo modo hoc attentandum. Vnde Amb.Si non pōt alteri subueniri nisi alter lædatur:commodius est neutrum iuuare ↄ gratiare alterum.xiij.q.v.de nicę.Et quia raro & quasi nunq̄ ista fieri possunt sine mora hominum & multis scandalis:ideo nemini cōsulendum nec prædicandum hoc agere:cū semper abstinere oporteat clericos a consilijs & cooperationevbi mors hominum potest accidere etiam pro iusta causa:tum propter vitandam irregularitatē: tum propter scandalum hominum quod ide sequitur:tum propter horrorem effusionis humani sanguinis.Vnde Grego.Si in morte Longobardorum me miscere voluissem:hodie Longobardorum gēs nec regem nec ducem haberet:sed quia deū timeo:in morte cuiusl libet hominis me miscere formido.xxiij.q.viij.si i morte.

Nōlicet iducere ad dādū venenū hosti.

§.VIII.QVAERITVR VTRVM HO

ste capitalē alicui" dñi vel cōitatis iniuste agētis vel,bellantis ↄ ipm dñm vel ciuitatē sit licitū ,ꝓditorie occidere:puta ꝑ venenū &hmōi ,ꝑparatū a suis familiarib". Ad qd videtur dicēdū ꝙ nulli licet priuatæ ꝑsonæ aliū occidere q̄ cūq; modo etiā quātūcūq; malū & nociuū:nisi in bello iusto vl' se defendendo si hoc nō fit ,ꝓditorie.Et rō est:qa ↄ ꝑceptum dñi est.ar.xxiij.q.v.de occidēdis.&.c.si nō licet.Sed nec etiā inducere aliquē ad ,ꝑpinandū venenū hosti:qd nō fit cōiter:nisi ꝑ familiares & amicos:qa nulli licet inducere aliū ad mortale cum sit ↄ charitatē. Nec facienda sunt mala vt eueniant bona ꝙ m apīm. Qd fieret si aliqua suasione vel ,ꝓmissione qs istigaret ad hmōi:sicut nec licet inducere aliū ad mutuandum ad vsurā qui ad hoc paratꝰ non sit ꝙ m.b. Tho.in summa.Offerēte aūt se aliquo ad hoc faciēdū cum iā pāctū sit in eo:nō videf illicitū vti mala volūtate eius in bonū suum ei,aliqd ,ꝓmittēdo,ob liberationē suā ab hoste iniuste grauāte ipm.Habenti em iustū bellū ↄ aliquē licet occidere eum ꝙ m Aug.xxiij.q.j. quid culpaf.ac etiā vti instrdns.xxiij.q.ij.dns. Sicut ergo parato ad seruandum licet ab eo accipere mutuum ad vsurā ex cā aliqua honesta ꝙ m Tho.Et fideli q̄is non liceat infidelē inducere ad iurandū per falsos deos:tñ ad firmandū pactū secū sup negotio iusto:licet vti iuramento tali eius:qa hoc non est inducere illū ad malū:sed malo eius vti ad bonū suū. Non em pcto eius se sociat qui per demonia iurat:sed bono pacto eius quo fidem seruat.i. fidelitatem ꝙ m Aug.xxij.q.j. mouet. Ad similitudinē dei q vtif malis hoīm in bonū gloriæ suæ inde bona eliciēs.Sic ad ,ꝑpositū videf posse dici ꝙ mala voluntate eius familiaris se ad hoc offerēs ad hmōi licitum sit vti ad liberationem sui iustam:sic audiui a peritis. Nec ē istud ꝑdicandū vel cōsulēdū ne pareꝭ via ,ꝓditionib" & homici

Ioā.ij.dist. xxxvij. ar.vj.ad xvj.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dñs: ḡnimmo & post factū imponenda esset pnia aliqua ad terrorem & cautelam.ar.xxxiij.q.ij.in lectū. Sed vbi talis hostis haberet iustitiā & iuste grauat vel bellat contra talē vel dubiū est quis habeat iustitiā nullo mō licerat. Si autē alicui aliquid dē sub sigillo secreti seu confessionis:extra tñ confessionem:vel cū exactione iuramēti sup hoc vt secretū teneat:si illud reuelet sine causa vrgente & rōnabili peccat mortaliʳ faciēs ꝓ ius naturale. Sed si renendo illud secretum inde seq̄ veriſitr pōt nocumētū notabile reipublicæ corpaliter vel in tractatu pditiōis ciuitatis vel spūalr vel in dissemination alicui⁹ erroris fidei & mor̄:vel etiā nocumēti particularis psonæ:vt cū quærif mors alicui⁹:tūc subest causa vrgens & rōnabilis reuelandi secretum. Et ideo non obstāte quacūq; pmissiōe vel iuramēto manifestare debet vt obuiet malo:nō tñ p accusationē si probare nō pōt.ij.q.vij.plerūq;.Sed per denuntiationem eo mō quo fieri potest melius: nec in hoc peccat nec ꝑiurus est:qa vt dicit regula iuris in.vj. Nō est obligatoriū cōtra bonos mores præstitū iuramentū:nec tenentur in hmōi casu seruare ordinem fraternæ correctionis:vt.s.primo moneaʳ &c. fm.b.Tho.ij.ij. q.lxxxix.nisi certe esset de emendatione p secretā admonitionē.De hoc tñ plenius vide ſ.in ti.ix.in.c.vj.de negligētia fraternæ correctionis.De reuelatione confessionis habes.ſ. in.iij. parte, Sed quid si qs ſras alicui directas & ab eo post lectionē eas:dilaceratas & pectas recolligat & tūctas partes insimul legat? Rñ. Si vt sciat secreta eius faciat: curiositas est. Si vt sibi prouideat,puidentia humana est nec pctm̄. Cui⁹ et em licitū est accipere rem q̄ habetur pro derelicto cuiusmodi est talis litera. Vnde dē Venetus hoc contigisse. Cum quidam magn⁹ mercator literas accepisset a partib⁹ orientis vt emeret aromata multa ciuitatis: quia futurum erat vt preciū multū cresceret eor̄:quia inde trāsmitti non poterāt illis temporib⁹. Ille perlectā literā dilacerauit & in terrā frustra ꝓiecit:nil alicui dixit intendens illud facere de quo cautus reddebaʳ.Sed alius tenuis mercator literæ illi⁹ frustra collegit & simul suis ꝓb⁹ coaptauit & legit. Quo facto cū hoc a nullo sciref:accessit ad oēs apothecas quæ habebant hmōi in grosso venalia: & certo precio currente dato termino totū emit.Cūq; mercator magnus cui literæ directæ fuerāt iret ad emendū inuenit oīa vendita. Interrogat de persona emptoris. Miratur nesciens factū;sed demū peepit.Steq; lucrū magnū qd̄ ille sperabat ex hmōi emptione ali⁹ sua idustria sibi procurauit sine iniuria eius:nec sibi in aliquo tenebatur.Sed verte casum Quid si quis malitiose intendens nocere alteri: scribit literā dirigendam alicui vt suo amico:admonēs eum vt emat multū de aliquo mercimonio:lana:serico:aromatib⁹:& hmōi: qa erunt cara in futurū:qd̄ nouit falsum esse & ꝓmittit cadere in aliquo loco publico quē frequētat aliqs quē odio habet vt eā inuentam legat:& talia emat vt inde multū ꝓdat:& totū hoc seq̄tur? Rñ. Talis vtiq; grauiter & mortaliter peccat intēdens ꝓximo nocere ꝺ charitatē agens,de pœ.dis.j,nūquid. cū.c. seq̄ Non tñ teneʳ satisfacere de dāno:quia non dedit occasionē efficacē dāni.e.ꝺ de iniur & dā.da.si culpa. Non enim ita leuiter debuit credere:sibi ḡ imputet suā leuitatem. Sed quid cū ciuis vnus vni⁹ ciuitatis & fidelis iurat⁹ cuiusdam principis sciuit machinationē ciuitatis cōtra principē & ecōuerso:principis cōtra ciuitatē:cui debet citius reuelare princi ꝑ vel ciuitati? Rñ. ſm Io.Nea in quodl.x. Sciēdū primū est ꝙ machinatio stricte & ꝓprie accepta ſonat in malum. Est em malū seu iniqua excogitatio cōtra aliquem. Sed large & cōiter accepta est idē qd̄ excogitatio alicuius mali iuste vel iniuste inferendi alicui:& sic accipiēdū est i ꝓposito vt q̄stio præposita latius determinef. Quę quidē q̄stio pōt distingui in.viij.casus:qa aut vtraq; machinatio.ſ. principis cōtra ciuitatē & ciuitatis ꝺ principē est iusta:aut vtraq; iniusta:aut prima ē iusta:& ſcda iniusta:aut ecōuerso: prima est iniusta:& ſcda est iusta: aut ē dubiū de vtraq; an sit iusta vel iniusta:aut est dubiū de prima sola.ſ.si est iusta vel iniusta:aut de ſcda sola. Primo igitur cum.ſ.vtraq; machinatio est iusta: dicendū ꝙ neutra talis debet reuelare. Rō est qa bonū bono nō est ꝺ riū:qd̄ ꝺ q̄ est impeditiuū boni tamq̄ ei cōtrariū est malū & illicitū: sed talis reuelatio inquantū est ex natura sui est impeditiua talis machinationis iustæ: ergo est mala & illicita. Et si dicerent ꝙ talis qui iurauit principi reuelare omne cōsiliū & tractatū contra se factū:& ideo ex vi præstiti iuramēti tenetur reuelare talem machinationē.Rñdetur ꝙ iuramentū non est vinculū iniquitatis:vnde ex nullo iuramēto aliquis obligaʳ ad aliqd illicitū. Talis autē reuelatio illicita esset:quia impeditiua iustitiæ:& ideo nō teneʳ ad talē reuelationē ratione iuramenti. Secundo. Sedo ꝺo casu cū,ſ.vtraq; machinatio iniusta est dicendum ꝙ vtrāq; talis debet reuelare.Rō ē qa quilibet debet impedire malū iniuste inferēdū ei quē debet diligere:cū diligere ali quem hoc includat.ſ.velle & procurare eius bonū:& impedire eius malū.Sed bon⁹ ciuis debet diligere suā ciuitatem & cōsiliari⁹ iuratus pricipi debet diligere talē pricipē: ergo debet malū vtriusq; impedire reuelādo machinationem iustā cōtra vtrūq; factā.Et si diceref ꝙ talis iurauit non reuelare secreta ipsius principis.Rñdeʳ.vt.ā.in præcedēti casu.Ꝙ non teneʳ ad tale iuramentū: nisi qñ non reuelare esset licitum.In casu aūt nostro est illicitum:vnde nō tenetur ad obseruantiā iuramēti.Sciēdū ꝙ cū ciuitati & pricipi est reuelanda machinatio cōtra se facta.Si quæritur cui citius. Tertio. Rñdeʳ ꝙ si princeps præst tali soli ciuitati:citi⁹ debet reuelare ciuitati ꝙ principi.Cui⁹ ratio est:quia illi plus obligaʳ quē debet magis diligere:sed talis magis debet diligere talē ciuitatē ꝙ talē pricipē.Rō est.Propter quod vnūquodq; Bonum cōe ꝓpo & illud magis:sed hō debet magis diligere principē ꝙ aliā derat. singularē psonā:qa princeps gerit psonā ciuitatis ergo magis debet diligere cōitatē suę ciuitatis ꝙ talē pricipē. Sed si princeps præst nō solū tali ciuitati:sed tori regno vel regioni in qua est talis ciuitas:citius debet reuelare tali principi ꝙ tali ciuitati.Cuius ratio est:quia illi plus obligatur reuelare quē teneʳ magis diligere:sed talis magis tenetur diligere talē principē:ergo &c. Bonū em totius est magis diligendū ꝙ bonū partis:sed bonū talis principis cū:sit æstimādū bonū totius regni se habet ad bonū talis ciuitatis:vt Quarto bonum totius ad bonum partis. In casu autem dubio an sit iusta vel iniusta vtraq; vel altera machinatio: supponere debet talis ꝙ sit iusta.Cuius ratio est:quia quantum ad bonitatē & malitiā idē iudiciū est de actu illicito interiori: & de actu imperato exteriori:quia actꝰ interior habet bonitatem & malitiā ab exteriori vt ab obiecto:& exterior ab interiori vt a principio.Idē ergo iudiciū quantū ad bonitatem & malitiā est de machinatiōe interiori & de bello exteriori.Sed in casu dubio an bellū inductum a principe sit iustum vel iniustū:subditⁿ debet bellare ꝓsupponendo bellū esse iustū. Et simile est de ciue respectu ciuitatis:ergo idem dicēdum est de machinatione.Et ꝙ in casu dubio subditus debeat bellare ad requisitionem dñi sui.dicit Augu.& haberur.xxiij.q.j.qd culpaſ.Cum em dubia sint semp in meliorē partē interpranda:vt dicit Beda: & haberur ext. de reg.iur.eſtote.Potissime hoc obseruandū est in factis ꝑtō Regula rū:quia inferioris nō est de factis superioris sui quę ei incū moralis. bit ex officio suo iudicare. Item no.ꝙ non est simile de machinatione sua cōtra principē: & de machinatiōe ciuitatis reuelanda principi.Et hoc ꝓpter duo: qa nullus pōt licite esse sibi ipsi causa mortis:sed alterius: sic & reuelando suam machinationē de qua nō accusaʳ nec denūtiatur esset sibi cā mortis suæ.Sedo qa i ptāte sua est verisimiliter a ꝓpria machinatione desistere & resiliendo impediret malū principis:sed non est in potestate sua ꝙ talis ciuitas resiliat a tali machinatione. Ad alios casus qui supra sunt positi tracti de primo:ex dictis potest sumi responsio.

¶De turpi lucro:& ibi de ludo alearum:& de alijs ludis per modum prædicationis. Ca.XXIIII.

QVE TVRPI LVCRO DE QVO dicit apls. Nec; turpe lucrū fectates.ſ. Timo. iij. Turpe lucrum Quis apls loquaʳ ibi de ꝓmouēdis ad ordines sacros:tū & oēs fideles debēt hoc ſuare ne sint sectates turpe lucrū:cū hoc sit spēs auaritiæ q̄ oib⁹ ꝓhibetur. Dicit aūt turpe lucrū stricte lucrū qd̄ sit ex ope aliquo ꝓhibito a lege diuina vel humana:ipsa tñ datione vel acceptione pecuniæ non vetita:vt contingit in acquisitis per mereticiū:cōcubinatū:histrionatū turpē & per torneamētum & hmōi. Talia em opera ꝓhibita sunt:non aūt accipere vel dare pro hmōi pecuniā: nisi inquantū fouef quis in peccato. Largius tñ dicitur turpe lucrū:quodcūq; illicitum siue cōpetat restituto aut erogatio pauperib⁹:siue nō competat restitutio. Et sic turpe lucrū est nō solum qd̄ supradictum est:sed etiā acceptū per simoniā:ꝙ vsurā:acetiā acceptum pro iudicādo bene vel male:aut ꝙ testificādo:& acq situm

situm per mercimonia illicita:& per ludū aleæ.Et ſm hanc acceptionē.xxiij.q.iij.qñ multi,cū duo.seq.c.Sed de acqsitis per vsurā dictū est.a.de acquisito per simoniā qd fieri debeat patet.ā.c.j.Et de acquisitis pro iudicādo in.c.de iustitia.Hic primo de ludo.Sed primo notandū est ꝙ cum ludus imponitur quandā festiuā actionē,triplex est ludus.

¶Primꝰ prouenies ex magna deuotione:& hic pamādus.

¶Secundus contingens ex humana recreatione:& hic tolerandus.

¶Tertiꝰ ꝓcedēs ex diabolica suggestiōe:& hic euitādus.

§.I. QVANTVM AD PRIMVM

Ludus amādus. Inuitat Pſ.xlvj.dicēs oēs gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.Quem ludum exēplo suo facere docebat cū luderet ipse & ois Israel corā arca dñi:vt habetur.j.Paral.xiij.Saltans nudus & psallens ob deuotionē & affectū eximiū ad christū quem intellexit figurari in illa arca dñi in qua erant virga:māna:& lex Mosaica: designantia deitatē potentissimā:carnē purissimā:animā sapientissimam christi. Michol vxori eius ꝙ hæc ista vidēs despexit signāti synagogā olim dei sponsam despicienti christi humilitatē & veritatē mysteriorū eius) dixit ipse Dauid.Ludā & vilior fiam plus q̄ facꝰ sum:& humilis ero in oculis meis. ij.Reg.vj.Vnde & ipsa Michol olim multum dilecta a Dauid punita est a deo:& facta sterilis vsq; in finē suū. Sic fyna goga ꝓpter suā perfidiam sterilis facta est bonis operibus vsq; in finem mundi.Secundus ludus est,cū quis vtitur ali Ludus toleran dus. quibus verbis vel factis solutosis ob recreationem sui & aliorum:ita tamē ꝙ nil turpe ibi misceatur:vel deo iniurio sum aut proximo nec grauitas animi totaliter resoluiſ. Et talis ludus pertinet ad virtutē eutrapeliæ. Cū em animus laborat interioribus curis & cogitationibus:ficut corpus exterioribus exercitijs:quia virtutis est finitæ:indiget aliquādo quiete sicut corpus refectione sua:quod procuratur per talia dicta vel facta solatiosa quæ dicunt ludus. His g vtendū est:sed parū sicut sal pro cōdimēto ſm phūm.Hinc & Cato. Interpone tuis interdum gaudia curis. Sic legimus beatum Ioannem euangelistam aliqñ ludentē cum auicula:& beatū Antoniū gaudentē cū fratribus suis:& p exemplū continui tractus ballistæ inde frangendi si non relaxare Cato. tur corrigentem sup hoc facto scandalizantes.De hoc ludo dr Zacharię.viij.Ciuitas replebitur homibus ludentibus. Et Matth.xj.Similis est generatio hæc⁹ pueris in foro ludentibus.Ludi puerorum ad recreationē eorū sunt,inuenti: ꝓpter qd̄ pueris dicit Cato Lude trocho. Ad hmōi.ſ.recreationem sunt inuenti aliqui ludi pro adolescentibus:vt ludⁱ pilæ. Alij pro iuuenibus: vt tactus pali curlitatio & huiusmodi. Alij ꝓ viris:vt ludus scacorum:qui ludus nec etiā clericis est prohibitus ſm Lau.tū ad tollendum scandalum laicorum corā laicis non debent hmōi agere. Histrionatus honestⁿ,ꝓ dñis ꝑcipue tēporalib⁹?:ꝓ platis catuli & simiæ: licet potⁿ solatia sua in,scripturis deperent quærere. iuxta illud.j.Mach.xij.Habentes solatio libros sanctos,in manibus nostris. Tertius ludus procedens ex diabolica suggestione est ludus vbi fiunt turpes repsentationes:vt mimostrum:vel periculosa & nociua exercitia vt torneamenta:palestra:& ludus aleæ:& hmōi. Et qa hæc sunt plena peccatis dicit Aug. de pœnitēte.ꝙ cohibeat se a ludis.de pœ.dist.vj. & ſti viri ista euitauerūt.vñ. Tob.iij.dixit Sara.Cum ludē tib⁹ nō me miscui:nec cū his q ambulant in leuitate &c. Et Hiere.In medio ludētium nō sedi.Et ad hoc ꝑtinet ꝓpicere ad Ludus aleæ est pctm̄. Ludus vetitus. Ludus ad quē dicit Cato Ludus ad quē dicit Ludus ad quē dicit Ludus ad quē dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Opi. de restõne lucri in ludo.

petitionẽ amissorum in ludo: vt.ff.de alea.l.fi. nec hmõi leges sunt per dissuetudinẽ abrogatæ quo ad restitutionẽ, & tunc circa hoc sunt variæ opiniones. Aliqui eñ dicũt ꝙ tenetur quis restituere sic acquisitũ ꝓ ludũ si videlicet ꝓ sentẽtiã iudicis ad hoc fuerit arctatus seu condẽnatus: alis non tenet. Et tõ est: qa talis restitutio est ꝑcepta in pœnã lucrantiũ ex tali lucro. Nec iura q̃ de hoc loquũtur dicunt ꝙ talis tenetur restituere ipõ jure: sed ꝙ possit repeti. Q̃ñ enim licite põt retinere aliq̃d antec q̃ per sentẽtiam iudicis reddere compellat: qđ tñ ꝓ sniam iuste latam reddere necesse est: sicut patet de pœnis aliox iuriũ. Et addit Pe. de pa. in. iij. ad hoc ꝙ talis sibi retinere nõ põt: sed debet pauꝑibus erogare ante sniam iudicis: & tũc nõ tenebit si in iudicio repetatur: si põt probare erogationem factã pauperib⁹: sed post sniam oportet ꝙ restituat: nec sufficeret pauꝑib⁹ erogare.

In turpitudine melior cõditio possidentis.

Alij dicũt simplr & indistincte nõ esse restituendũ: sed de necessitate pauperib⁹ erogandũ. Et hoc ſm Placen. & Hugo. Affignãt ꝓ rõne cũ turpitudo vergit ex parte vtriusq; melior est cõditio possidẽtis. ff. de condi. ob tur. cau. l iij. & iiij. Sed Azo dicit hoc forte habere locum cũ dedi aliqđ vt turpe quid faceres. Secus si dedi cõtrahendo vbi lex ꝑ tum ꝓhibet cõtrariũ est: vt. C. de agri. & cẽsi. l. quẽadmodũ. Et idem dicit Hostien. Tertij dicunt ꝙ tali iure durante si acq situm est simplr. restituẽdum ei a quo acqsitum est ex iure positiuo: qa iura ꝓhibent non solũ ludũ: sed & acqsitionẽ per ipm: & malæ fidei possessor dr qui cõtra legũ iura mercatur. C. de agri. & cẽsi. l. quẽadmodũ. Hæc ẽ opinio Azo. & glo. sup. c. eps. distin. xxxv. &. c. clerici. ij. de vi. & ho. cle. Et Hosti. dicit ꝙ fere oẽs doctores hoc sentiunt. Hanc opinionẽ firmat & sequit beatus Tho. vbi. ũ. & in. iiij. senten. disti. xv. Et Rich. in. iiij. s. ꝙ est restituendum ab illis q̃ sunt talibus legibus astricti eis a quib⁹ acquisitũ est: si sciuntur durãte tali iure in suo robore & non abrogato per dissuetudinẽ: & hoc nisi quis lucratus fuerit ab eo qui eum attraxit ad ludũ in quo casu nõ tenetur illi restituere qui amisit: sed erogare pauperibus. Idem Ray. Quarti dicunt vniuersaliter restitutionem faciendam. s. etiã in locis vbi hoies non subiciunt legibus imperialibus. Et rationẽ assignãt: quia talis restitutio in iure canonico implicite est posita. Nam leges imperiales nõ, cõtrarias diuino iuri: aut ꝓ contrariam rõnabilẽ consuetudinẽ approbatas obseruandas esse iura canonica decreuerũt: vt patet dis. x. de capitulis. & i aliis capitulis. Sed ius imperiale ꝓhibet talem acquisitionẽ: ꝛ &c. Sed ad hoc posset responderi ꝙ q̃uis ius canonicum cõfirmet iura ciuilia iuri diuino vel canonico non contraria: non tamen ostendit obligationẽ illorũ iurium ad eos qui eis nõ sunt subiecti de iure vel antiqua consuetudine. Nec etiã ita firmat quin possit per contrariã cõsuetudinẽ abrogari: sicut & eius canonicũ aliquãdo etiã abrogatur: vt dis. iiij. c. statuim⁹. cum. §. seq. Vnde hac opinione omissa magis placet opinio. b. Tho. supradicta.

Sãctio legum.

§. IIII. QVANTVM AD TERTIVM

Adde vtin⁹ rex Franciæ christianissim⁹ sit legibus imperialibus subditus.

f. cũ quis lucrat in hmõi ludis cũ volũtario valẽte alienare & sine fraude: & qui legibus imperialib⁹ nõ sunt astricti vel alijs municipalib⁹ pariformiter prohibentib⁹ hmõi ludũ: vel si sunt hmõi legib⁹ astricti: tñ sunt per dissuetudinẽ abrogatæ: quo ad factũ restitutionis: quid agendũ de tali lucro? Circa hoc duæ sunt opi. Aliqui eñ dicũt illud pauperibus erogandũ de necessitate & nõ posse retineri. Alij vero dicunt hoc de honestate consilij: non de necessitate faciendum. Et q̃uis prima opinio sit securior: & ideo potⁿ consulenda: nõ tamẽ videtur de necessitate imponenda vt propter hoc denegetur absolutio nolenti hoc facere: qa nõ credit sibi necessariũ ad salutẽ. Et ad hæc faciũt dicta doc. Nã beatus Tho. & Rich. in. iiij. nil dicunt de erogatione pauperibus facienda quo ad eos qui nõ sunt astricti legib⁹ imperialib⁹: vel etiã cũ essent ꝓ dissuetudinẽ abrogatæ. & Io. an. & Io. cal. sup. c. clerici. de vita & hone. cle. dicũt rutũ esse Monal. & Asca. Alex. Angli. & Fran. de Zab. dicunt posse defendi talẽ opinionem. f ꝙ non teneat oĩno talia pauperibus erogare: quia cõsuetudo potuit dominiũ perdentis in vin centẽ trãsferre. Io. de Imo. ista allegat & non reprobat Ray. etiã in sum. sua dicit: ꝙ licet multi sapientes dixerunt acquisita per ludos aleæ non restituenda: sed pauperib⁹ erogãda: tamen modo sic seruat ꝙ nec ad erogãdum pauperibus sunt eogendi: sed fieri põt de hmõi eleemosyna vt de acquisito ꝙ mereticiũ: qđ vtiq; cõsulit non imperat. Pet. de Pal. in. iiij. dicit aliquos tenere ꝙ qui nũc nõ est locupletior amplius nõ tenetur: qui. f. pdidit qđ ꝑ ludũ fuerat lucratus, ꝓhibitum lege humana: quia talis nõ erat obligatus pauperib⁹, ratione alicuⁿ recepti ab eis vel cõmissi in eos. Igit ne pareat via ludis & turpib⁹ lucris in hmõi casu cõsulendũ est & ꝓsuadendũ ad erogandum pauperib⁹ & ꝙpue quantũ ad illud qđ remanet in lucro vltra perdita in eo: & alia saltem paulatim: & per interualla temporũ: nõ tñ cogẽdus: & multo minus hoc prædicandũ: sed ꝓ pauperibus fit erogandũ. De acquisito per torneamentum dicit Richar. in iiij. ꝙ nõ tenetur quis restituere: quia ecclesia etsi prohibet torneamentũ: nõ tñ acquisitionẽ per ipm. Vñ debet pauperibus erogari: de consilio tñ magis q̃ ex præcepto.

§. V. DE LVDO ALEAE PER MO-

Sermo de ludo.

dum p̃dicationis põt induci illud Pẽ. xxx. Audiui vituperationẽ multorũ cõmorantiũ in circũitu. Cõmorant⁹ in circũitu nõ solũ hoim astatiũ lusores firmi ipsi manentes: sed ex ipo actu ludi. Fit eñ ibi quasi circũitus cũ sit quidã discursus prõpciendi & resumendi eos dẽ taxillos: & tunc finit vn⁹ ludus qñ puncta illa ex ipsis in tabula apparẽt quæ primo visa sunt: sicut figura circularis finit cũ ad primũ punctum a quo inchoata est post discursum quendam redit. Fit eñ circũitus quidã in ludo ipsius dñi qđ vnus amittit alius vicit: & post discursum plurimũ qui primo amisit qđ pdiderat reuincit: gaudet cum vincit: tristatur cũ perdit: & iterum lętatur cum vincit. Et apte dr cõmorantur. Non enim contenti sunt per horam morari in ludo; sed cõmorãtur totaliter: id est morantur tota die: & quod peius est toto tempore vitæ suæ. Qui enim huic assuescunt dimittere nescũt Bene ergo dicit Pẽ. de hoc. Audiui vituperationem &c.

Vbi tria notari possunt de hoc vitio.

¶ Primo ꝙ est in mundo abominabile: ibi. Audiui vituperationem.

¶ Secũdo ꝙ est in seipso inseparabile: ibi. Cõmorantium.

¶ Tertio ꝙ est diabolo associabile: ibi. In circũitu.

§. VI. QVANTVM AD PRIMVM

Addeꝙ lusores reputãt infames in aut⁹ leauvⁿ C. de reg. & fimpti. fune.

Non est quasi aliqđ vitiũ qđ reddat hoies ita infames & abominabiles sicut ludus. Nullus confidit de lusore: nec vult eum in socĩũ alicuius artis: qa semp̃ habet timere ne furaretur sibi vt posset ludere. Tales ergo lusores & vituperant ex suis pessimis moribus christianitatem & vituperantur ab hoib⁹. Et hoc ꝓpter multa scelera enormia q̃ reperiũ cum vilissime seruituri se subijcit: dũ taxillum quasi deum suũ cõstituit: & ad hoc astringẽs se vt faciat qđ ille iusserit. Si videris: inquit Seneca: murẽ velle dñari alq̃ muri: nunquid tenes risum? quãto magis ridiculũ est qñ os caninum dominatur hoi. Nã de ossibus canis fiunt taxilli: quod os est minoris valoris & ꝺditionis q̃ vt dñetur hoi. Sed & lusor largitur ad ꝑceptũ taxilli: qđ nõ largiret ad ꝑceptũ dei: & plus etiã q̃ fuerit beatus Martinus largitus ad cõsilium dei: quia non solum dat medietatẽ chlamydis: sed etiam tunicã: corrigiã & camisiam ad mãdatum taxilli: & nud⁹ sequitur dñm suũ mundũ vel diabolũ: & qđ peius est: quia cum deberet abnegare deum illũ. f. taxillũ posit q̃ cognouit & expertus est malitiã eius: potius econtrario abnegat deum verum vituperabiliter qui ei nil nocuit sed oia bona fecit: & vindicat se de eo qui est absq; culpa. O quantum vtiq; vituperandus est qui manibus suis se perdit quẽ dei filius manibus cruci affixis acquisiuit. Vñ Ber. in persona christi loquens ait lusori. Ego te acqsiui manibus cruci affixis: & tu consumis te manib⁹ decẽs dedicatis: vñ maxima ingratitudo. Vix est dare actum in quo cõcurrãt tot mala quot ex ludo. Quot eñ taxillis sunt pũcta tot scelera ex eo procedunt vnũ grauius altero: & ideo nõ mirũ si vituperant a deo & toto mundo. Nã primũ p. tm quasi prim⁹ pũctus sine quo nũq; reperit lud⁹ dẽ amissio tpis. Et q̃uis istud multis leue videatur: tñ sapientib⁹ etiam ethnicis graue reputatur. Vñ Sen. Nulla maior iactura q̃ tpis amissio: nã recupari non põt. O q̃ male poterunt reddere rõnem deo de tpe qui toto die: & aliq̃n etiã nocte m adiũgũt: circa ludũ immorantur. Omne tẽpus tibi impẽsum requiret a te qualiter sit expensum: inget Bern. Et nõ solũ amittũt ipsi ludentes tps: sed & alios amittere

Vigint & vnum pctã vt mala ꝙ cedũt ex ludo.

alios amittere faciunt: qui. f. talia aspiciunt. Nec enim tales sunt sine pcõ. Et ex hoc dimittuntur diuina & alia spũalia opera. Et quid interim cogitant ludentes respicientes nisi vana. Sed vhe qui cogitatis inutile dr Micheæ. ij. Secundum vitiũ ꝓcedens ex ludo est blasphemia. In nullo exercitio ita frequnter blasphemat deus & tota curia cœlestis: qđ vitiũ non solum est mortale: sed valde graue: adeo ꝙ dñs in lege sua mandauit Leuit. xxiiij. Qui cũq; blasphemauerit nomẽ domini morte moriatur. Et corpus quidem morte corporali: anima autem morte nisi pœnituerit eternali. Et aliquãdo terribilia iudicia facit deus contra tales. Aliquando etiã oculi talium ceciderunt sup mensam lusoriam. Aliquando vexati sunt fortiter a dæmonibus. Aliquãdo os inuerũ est horribiliter & hmõi: & tñ vt ipse ait. Nomẽ meum iugiter blasphemat. Tertium est ꝓtumelia. Nã cõtumelias sibi inuicem dicunt. Et quia ista & multa alia mala ibi fiunt ꝓpter qđ a legibus puniũtur & ꝓhibentur ludi. Rectores qui ista dissimulant & nõ puniunt quãtum in eis est grauiter offendũt. Nã vt dr dist. lxxxiij. error. Negligere quippe cũ possis perturbare puerſos nihil aliud ẽ q̃ fouere: & pmittitur ibi error cui non resistitur: approbatur. Quartũ est dissipatio substantiæ rpalis: vnde merito figurat ꝙ adolescentiorẽ illum prodigum qui recedens a domo paterna dissipauit substantiam sua. Lucæ. xv. Frequenter videmus hoc cõtingere q̃ iuuenes emancipati vel defunctis parentibus: vel aliquando viuentib⁹ magnas diuitias parentũ per ludũ cito consumũt & ad magna miseriam deueniunt. Nã si aliquando vincũt parte a equisitorũ per ludũ dãt eis qui mutuat mensam lusoriã & taxillos vel socijs ludi: partem expendunt in tabernis & luxurijs & cõuiuijs. Et cõiter oẽs lusores in processu tpis dicunt se plus amisisse q̃ acqsiuisse. Sed & ea q̃ vincunt sibi retinere non possunt: sed vel restituere vel paueribus dare. Huius aũt declarationẽ vide. ũ. immediate. Quintum ẽ ecclesiæ cõtẽpt⁹ seu inobedictia. Nam ecclesia ꝓhibet ludũ alearum: no solũ clericis: sed etiam laicis adeo ꝙ nisi correctus se emẽdauerit debeat excõicari: vt habetur dist. xxxv. eps. Et etiã ꝙ ius ciuile: vt. ff. de alea. per totũ. Et

adde ꝙ dicit Bar. in auc. alea rũ vsus C. de reg. & fimpti. fune.

liter: etiã si fiat ibi aliqđ de industria: sicut ludus taxillorũ: chartarũ: & alia hmõi, dicit aũt christus Lucæ. x. Qui vos spernit. f. prælatos ecclesiæ in suis ordinationibus: me spernit. Sextum est furtũ. Nã qui sunt dediti ludo cũ nõ habent ad ludendum sur anf: vel a parentib⁹ occulte accipiendo & furtum est: vel a vicinis vel a magistris si in exercitijs sunt artiũ mechanicarum. Ludendo aũt si perdũt: tenentur restituere furata q̃uis amiserint. Si vincunt augẽt furtũ: vñ & furata tenẽtur restituere a quib⁹ acceperũt: & lucrata per ludum ab his q. non possunt alienare: vt filiusfamilias & alieꝺum ab his q. non possunt alienare: vt filiusfamilias & alię certæ plonæ & furata restituere tenẽtur his qui habẽt curã eorũ. Nõ furtũ facies inquit dñs: quia talis est dignus suspendio. Septimum est gula criminalis. Qui enim vincũt sicut dio. Septimum est gula criminalis. Qui enim vincũt sicut male acq risierunt pecuniam: ita male expendunt: quia vadunt ad tabernas vel faciunt cõuiuia: & in vitio gulæ pluri ma cõsumũt & in crapulis. Sed uxor & familiæ & vxores lurorũ non nisi cũ mala cõscientia possunt comedere & bibere & vestiri de acqsitis per ludũ cũ debeãt restitui vel pauperibus erogari. Attendite vobis a crapula & ebrietate: ait christus Lucæ. xxj. O tauum est homicidiũ. Nã lusores aliquando de verbis veniunt ad verbera: de verberib⁹ ad vulnera: de vulneribus ad homicidia. de multis etiam diebus nostris auditum est ꝙ occisi sunt in ludis. Sed qui effuderit sanguinẽ humanũ effundetur sanguis illius: vt dr Gene. ix. Talis enim captus a iudice occiditur & ipse vel etiã a cõsanguineis illius vindictam de hoc facientibus q̃uis male. Da mihi vindictam & ego retribuam ait dñs. Vere maledicta res ludus vnde tantum scelus oritur. Nonũ est inuidencia fraternalis. Nam qui perdit cũ videt bursam suã vacuã. & eius qui vicit plenã & aliorũ etiã ludentiũ inuidet de pecunia illius tanta & cupit vt ipsam per fat. Cum etiã videt vicinos vel alios abundare diuitijs inuidet & dolet ꝙ ipse non habeat vt ludere possit. Sed fugiamus inquit Basilius inuidiam quę pignus est gehennæ. Iob. v. dr. Paruulum occidit inuidia. Decimum est caristia rerum quæ sequit i domo sua. Nam modo deficit panis: modo vinũ: modo lex: modo vestimentũ vxori q̃ pignorat vt ludat. Inde conqueritur vxor & familia trasitur: ipse maledicit se & alios & sequũtur multa mala: & sic nulla pax vel quies potest esse in

Dantes pecuniã ad ludẽ dũ peccant & etiam q̃ eos aspiciunt.

Lusorũ pauperũ.

domo illa. Non est pax impijs dicit dñs. Esa. xlviij. Undecimum est laudatio mala. Nam qui vicit laudat se de malo. & aliquando de eo ꝙ decepit socium: & ipse non perpẽdit: laudat etiã a mũdanis tam q̃ strenu⁹ lusor & bonus magister. Sed q̃ praua & bestialis ista laus: cum se laudat de re diabolica laudatur pt̃ or in desiderijs animæ suæ: inquit Pẽ. Sed ex hoc vt subdit. Exacerbauit dñm pt̃ or. i. prouocauit ad iram contra se ad puniendũ ser q̃. m. Duodecimum est mendaciũ. O quot mendacia dicuntur ibi a ludentibus & ab aspicientibus: sed vt dicit Amb. Oẽs qui dicunt mendacium filij sunt diaboli. xxj. q. v. cauete. Et qđ per mendacium acquiritur cũ ibi sit fraus restituere tenetur: & vt eis magis credatur mendaciũ: additur iuramentum & fit periurium qđ est semper mortale & grauissimũ peccatum cũ sit aduertenter in ludo siue extra ludum ſm. Tho. in summa.

Tertiũdecimũ est neglectus. Nam lusores propter hoc vt habent magis tempus ad ludendum negligunt diuina: & missas: & vesperas: orationes: & prædicationes: nisi forte orent vt deus taciat eos vincere. Sed nescit diuina iustitia patrocinium dare facinori seu criminibus: vt dicit Chry. Negligunt festa seruare: quia in illis permaxime ludunt & plura peccata & grauiora committunt q̃ si terram colerent quod est festa violare. Opus seruile non facietis ſm eo. Exo. xx. Peccatum est opus maxime seruile. Quartumdecimum est odium. Nam oduint eos qui eos vincunt: aliquando oduint seipsos: se aliquando verberantes: oduint quod peius est deum qui nõ facit eos vincere. Et inantum insurgit odiũ: vt quod non possunt scelesti homines facere in persona sua: in figuris faciunt percutientes: expuentes & hmõi. Sed deus ostendit super hoc pluries magna miracula, quia de hmõi figuris aliquando exiuit sanguis: aliquando tales a dæmonib⁹ arrepti sunt & horribiliter vexati. Oditur & homines rephendẽtes eos de tanto scelere. iuxta illud. Odio habuerunt loquentem. &. Pẽ. Posuerũt aduersum me odium pro dilectione mea. Quintumdecimum est participatio sceleris. Istud enim peccatum a multis participatur. Nam qui dant eis pecunias ad ludendũ pro parte lucri: vtiq; mortaliter peccant & tenentur de eo quod peruenit ad eos: q̃ mutuant eis, etiam sine parte lucri male faciunt: etsi nunc q̃ rehabent: licet iuste merentur cũ sint causa mali. Qui aspiciunt ludentes non sunt immunes a peccatis multis curiositatis & vanitatis. Sed & parentes qui non castigant filios ludentes grauiter peccant. Digni sunt morte non solum qui faciunt: sed etiam qui consentiunt facientibus. Roma. j. Qui mutuant taxillos vel qui in domo ad ludendum locum prestant participes etiam sunt mali. Decimumsextum est questio litigiosa seu contẽtiosa verbalis: dum. f. vnus dicit sua punctа apparuisse: alius negat: vnus dicit vnum: alius contrariũ: & ex contentione insurgũt contumeliæ & verba iniurianda. Contra verbosos noli contendere verbis: ait Cato. Multum ergo quilibet debet sibi cauere a contentionibus

Tertiũdecimũ est neglectus. Nam lusores propter hoc vt habent magis tempus ad ludendum negligunt diuina: & missas: & vesperas: orationes: & prædicationes: nisi forte orent vt deus taciat eos vincere. Sed nescit diuina iustitia patrocinium dare facinori seu criminibus: vt dicit Chry. Negligunt festa seruare: quia in illis permaxime ludunt & plura peccata & grauiora committunt q̃ si terram colerent quod est festa violare. Opus seruile non facietis ſm eo. Exo. xx. Peccatum est opus maxime seruile. Quartumdecimum est odium. Nam oduint eos qui eos vincunt: aliquando oduint seipsos: se aliquando verberantes: oduint quod peius est deum qui nõ facit eos vincere. Et inantum insurgit odiũ: vt quod non possunt scelesti homines facere in persona sua: in figuris faciunt percutientes: expuentes & hmõi. Sed deus ostendit super hoc pluries magna miracula, quia de hmõi figuris aliquando exiuit sanguis: aliquando tales a dæmonib⁹ arrepti sunt & horribiliter vexati. Oditur & homines rephendẽtes eos de tanto scelere. iuxta illud. Odio habuerunt loquentem. &. Pẽ. Posuerũt aduersum me odium pro dilectione mea. Quintumdecimum est participatio sceleris. Istud enim peccatum a multis participatur. Nam qui dant eis pecunias ad ludendũ pro parte lucri: vtiq; mortaliter peccant & tenentur de eo quod peruenit ad eos: q̃ mutuant eis, etiam sine parte lucri male faciunt: etsi nunc q̃ rehabent: licet iuste merentur cũ sint causa mali. Qui aspiciunt ludentes non sunt immunes a peccatis multis curiositatis & vanitatis. Sed & parentes qui non castigant filios ludentes grauiter peccant. Digni sunt morte non solum qui faciunt: sed etiam qui consentiunt facientibus. Roma. j. Qui mutuant taxillos vel qui in domo ad ludendum locum prestant participes etiam sunt mali. Decimumsextum est questio litigiosa seu contẽtiosa verbalis: dum. f. vnus dicit sua punctа apparuisse: alius negat: vnus dicit vnum: alius contrariũ: & ex contentione insurgũt contumeliæ & verba iniurianda. Contra verbosos noli contendere verbis: ait Cato. Multum ergo quilibet debet sibi cauere a contentionibus

Taxilli fiunt de ossibus canum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucrū ludi dī vsura.

bus. Vicesimum est vsura maxima. Si em̄ quis pro cētum quæ exponit mutuo recipiēdo.x. vel.v. pro.c. diciturv sura rius: quid dicendū est de eo qui ponit se ad ludum cum.x. florenis: & in eadē die lucrabitur per ludum.c. florenos: cer te videtur maxima vsura: vnde & pro se retinere non pōt: sed vel restituere in certis casibus: vel pauperibus erogare in alijs. Si autē perdidit: sibi imputet & suæ fatuitati. Vsura rius dicit Chryso. sup omnes est maledictus. Vicesimūpri mum est christianitatis vituperatio: contra illud quod ait apls .ñ. Cor. vj. Nō vituperet ministeriū nostrū. i. seruitiū quo seruimus christo: sed p ludū seruit diabolo. Sicut enim deus inuenit. xxj. literas primo. Nam aliæ postea sunt super additæ ad componendam Bibliam vbi est omnis sapientia reuelāta: ita inuenit diabolus taxillum Bibliam suam vbi posuit. xxj punctā tamq̄ literas suas nigras vbi in vsu eī reperitur ois malitia peccati. Quod em̄ est malum. qd' inde non sequatur? Non deficit ibi qd' est summe abominabile s. sodomia. Nam adolescentuli miseri vt habeant ad ludendum assentiunt omni turpitudini dantibus eis pecunias p ludo. Non ergo debet dici christianus qui deditus est ludo eum vituperet nomen christi.

§. VII. QVANTVM AD SECVNdū. s. p est īseparabile tale vitiū ab homine: notatur ex hoc quod dr cōmorātiū. Nō em̄ tales trāseūt licut faciūt electi transeūtes de terrenis ad cœlestia: euntes de virtute in virtutem: quæ sursum sunt quærētes: sed quæ sunt sup terram quærū. cōmorantes in terrenis. i. simul corde & ore & opemorantes in eis. Corde qdē. iuxta illud Pū. Oculos suos statuerunt declinare in terrā: per cordis. s. inextinguibile desiderū & strim. Ore insuper. iuxta illd Esaiæ. xxix. De terra mussitabit eorū eloquium. Et Io. s. Qui de terra est de terra loquitur. Opere aūt: quia omnia faciunt vt ditentur sustinentes multa pericula & labores: vt in eis illud verificetur Pū. Tabescere fecisti sicut aranea animā eius: fecisti tu deus. id est, permisisti animam auari: ex qua auaritia procedit ludus tabescere. i. delicere: sicut aranea quæ se euiscerat ad faciendum telas quibus capiat muscas. Sic auarus & lusor consumit se ad excogitandum malitias & operandum quō possit alios decipere & sibi acquirere. Nec mirum si lusor cōmoratur in vitio nō recedēs ab eo. Nā fm phūm in lib. Ethi. ex multis a tibus vitiosis sicut & virtuosis generat habitus: qui est de difficili mobilis a subiecto: & generatus habitus adhuc ex iteratis actib⁹ dilatat & firmat magis & dilatat habitus in eius actibus magis ac magis delectat & delectatio pficit opus. Sic lusor frequētans ludos ita delectat in eo vt totam quasi suā felicitatē videatur ibi ponere. Et qa cōsuetudo ē quasi altera natura: sicut naturalia tolli non possunt: ita q̄ in consuetudinem ducta vt ludi: vix possunt homines auelli ab hmōi quātūcūq̄ ppendat ex hmōi vituperari & cōsumi. Cōsuetudo aūt in malū nō minuit pctm̄ sed auget: vt dr. xxiiij q. j. pudenda. Tanto enim sunt grauiora pcta quāto anima infœlicē diuti⁹ detinēt alligatā. extra de consue. c. fi. Et ratio est fm Tho. j. ñ. & alios doc. qa cū pctm̄ cōsistat in voluntate: quāto quis cū voluntate magis effi ena ta & firmata in malo peccat: tanto grauius peccat in eodem genere peccati. Sed ludēs cōiter ex cōsuetudine vt faciunt lu fores sunt effrenatissimi & firmatissimi in auaritia & alijs malis quæ comitant ludo vnde grauissime peccant. Et his demum euenit qd' Pū. impræcatur dicens. Fiat commoratio eorū deserta: & in tabernaculis eorū non sit q̄ inhabitet.

Lud⁹ est q̄s inseparabilis ab hoīe.

Cōmoratio lusoꝝ est in barateriæ loco: sed illa est deserta ab hoibus. i. rōne vtentib⁹. Nā null⁹ qui sit bon⁹ ciuis vel rōnabilis pson̄a ibi cōuersatur: verecūdaretur em̄ ibi videri. Solum bestiæ ibi sunt. i. bestialiter viuentes sicut bestiæ habitant libenter in deserto. Cōmoratio etiā vbi habitant: f. in domo sit deserta. Bene hoc sciunt pauperculæ vxores talium & familiæ: qa tales vt habeant ad ludendū expolīāt domū vestimentis: & vtensilibus & oībus bonis vt non sit qui inhabitare ibi possit. Mirabile est & horribile cōsidare q̄ sit istud vitiū inseparabile ab hoie cum est in eo habituatus. Et ideo caueat sibi quisq; ne talib⁹ misceatur. Vnde inquit. Vidi vituperationē multorū cōmorātium vsq; ad mortem toto tempore morantium in huiusmodi.

§. VIII. QVANTVM AD TERTIVM

facit illud vitiū associari dæmonꝝ: qd' innuitur cū dicit. i circuitu. Opus diabuli est circuire. Vñ Petr⁹ in. j. Canon. c. v. inquit. Aduersarius vester diabolus tamq̄ leo rugiēs circuit. Sicut ergo lusores reperiunt se in via diaboli quæ est sunt cōcircuitus: ita & in termino cū eo. s. in inferno. Vnde Esaiæ. plices lxv. Qui ponitis fortunæ mensam & libatis super eam: p dæmonum. terea dinumerabo vos in gladio. Ponunt mensam fortunæ qui ludunt exponentes se fortunæ siue per taxillos, ludendo: siue p chartas. Et isti feruntur gladio diuinæ vltionis in inferno. Vnde in chartis siue naibus sunt figuræ: non solum baculoꝝ: denariorū: cupparū: sed & gladiorū ad innuendum q̄ ex ludo sequuntur cupiditates: potationes vsq; ad ebrietatē: verberationes & vulnera: & demū gladius mor⁹ quid de tis æternæ. Ducūt in bonis dies suos: inqt Iob. xxj. & in pū signāti sto ad inferna descendūt. Vident lusorib⁹ bona & magna guræ q̄ bona ista rēporalia comedere: bibere: p ludos acquirere: & sunt in iste est circuitus vitæ eoꝝ: sed in puncto ad inferna descendunt. Ipsi quærūt decipere alios in puncto taxilli: & diabolus decipit eos in puncto temporis: qd' expectant ad pœnitendū: sed eis deficit. Vnde & puerbialiter dicitur. Per vno puncto perde Martino la capa. & ibi in inferno faciunt circuitum cum diabolo: quē ipse dicit Iob. xxiij. Transibunt ab aquis niuiū ad calorē nimiū: & econuerso intelligendū est a calore intenso ad frigus nimiū.

Lusores chartis.

§. IX. QVAERITVR QVID IVRIS

cum altercantibus duobus: puta Petro & Martino super aliquo rei euentu præterito vel futuro: puta morte alicuⁱ⁹ dñi. vel aduentu alicuius principis: vnus vt Petrus asserit mortuū talē dñm: vel ventura talē principē ad talem ciuitatem infra certū tempus: qd' si secus fuerit obligat se Martino daturū centū: ita tñ q̄ si ita est vt asseruit Martinus q̄ tenebat p̄rium vicesuersa teneatur dare Petro centum: vel minus fm conuentionem ad inuicē factā: vtrū tale lucrū sit licitum? Rñ. non: sed turpe lucrū dici pōt procedens ex auaritia & nulli deseruiēs vtilitati: sed vanitati & prodigalitati. Nō tamē restituere oportet de necessitate: sed pauperib⁹ erogandum vt auditui a peritis. Et hoc magis ex consilio q̄ ex pcepto. ar. xiiij. q. v. c. non sane. & c. qui habetis. Et videtur habere similitudinē aliquā ad ludū quātū ad futurū euentum. Nulla em̄ lex mandat restitutionē in hmōi: etsi lex diuina & naturalis ,phibeat omnē actum auaritiæ & illicitæ acquisitionis: vt meretricij: & torneamenti: & huiusmodi.

§. X. DE ACQVISITO PER MEretricij qd' ptinet ad turpe lucrū: sciēdū est fm beā. Tho. j. ij. q. xxxŋ. & Rich. in. iiij. & Pe. de pal. in. iiij. & glo. summari am xiiij. q. v. in prin. q̄ nō debet restituere: sed pōt de eo fieri eleemosyna: & cōsulēdū est illud pauperib⁹. erogari: non tū tenet de necessitate: qa etsi lex diuina vel canonica ,phibeat actū p quē lucrat: nō tñ ipsam acceptionē vel dationē. Quod aūt eccl'ia ,phibeat recipit obligationes talium: & in veteri lege: intelligit hoc de oblationib⁹ ad altare: qd' fit ,in detestationem criminis vt illa magis erubescat & desistat & ne ecclesia videatur approbare talia scelera. Et idem dicendum de acquisito p pcubinatū & sodomiā & adulteriū lege eadem rone: tñ qa summe oia iura detestant sodomiā: ideo magis inducendū ad dandū illud pauperibus. Quidā tñ di cunt q̄ acquisitum p adulterium est dandū ei i cui⁹ iniuriā est factū. s. viro cū ipse est innocēs: sed occulto modo dandū est ei ne innotescat adulteriū: vel nisi etiā econtrario vxori fidē fregisset: tūc em̄ pauperib⁹ est erogādum. Sed videtur idem dicendum qd' de alijs turpibus lucris, f. meretricio & hmōi. Si qs tñ vel si qua accepissent aliqua bona in notabili quātitate ab his qui alienare nō possunt. s. a religiosis: seruis: pupillis: & clericis quo ad bona eccl'iastica restituere tenentur his q̄ habent curam de his vel ecclesijs vel monasterijs eorū. Quæ etiā in hmōi turpitudine vt contingit p fraudes & importunas extorsiones habuisset tenetur restituere ei a quo habuit etiam laico vel habenti curam eius si non ē sui iuris. ar. xiiij. q. vj. si res.

Restitutio.

§. XI. DE FACIENTIBVS VEL

vēdētibus gladios: lāceas: ballistas: venena: & hmōi: quib⁹ homines vel leduntur vel moriunt: vtrū sit licitū eorū opus vel lucrū. Nota fm Ray. distinctionē primo quo ad intentionem eorum. secundo quo ad ipsa opera. Quantum ad primū sciendū est q̄ si tales hæc faciant vel vendant ,pptr hoc vt

Arma quo vē dere lic cet.

Tertio vētus eſt in terra montiū concuſſiuus: domorum ſubuerſiuus & arbor⁹ eradicatiuus: qa. ſ. ſuperbia etiam viros ſpūales ſpiritu eminentes tentando pulſat & ſubuertit aſſentiendo. ij. Reg.xix. Spiritus grādis & fortis. i. ventus ſubuertens montes: nō in ſpiritu dñs. Domos diruit & collegia diuidēdo. Matth.vij. Flauerunt venti & irruerunt in domum illam & cecidit. Prouerb.xv. Domos ſuperborū demolietur dñs: arbores. i. hoīes fructuoſos & gratis mulctis dotatos aliq̄n eradicat deſtruendo vt Saul'ē. Sap.iij. Animietate ventor⁹ eradicabunt. ſ. arbores. Confringentur em rami incōſummati & fructib⁹ illor⁹ inutiles. Eccl'i.xxj. Subſtantia ſuperbi eradicabitur. Quarto ventus eſt ſpumæ in aqua generatiuus: veſicæ inflatiuus & extēſiuus: palearum & puluerum eleuatiuus: quia ſuperbia quē aduerſitate non deiecit in ſpumā vanitatis ſi pōt adducit: & p vanā gloriā inflādo & eleuādo ſubmergit. Sap.v. Spes impi⁹ quaſi lanugo quæ a vēto tollitur: & tāq; ſpuma gracilis q̄ a procella diſpergit. Apoc.ij. ad Cor⁹.xij. Timeo em ne forte cū venero non qualeſ vos volo inuenia vos: & ego inueniar a vobis qualē non vultis: ne forte cōtēciones & æmulatiōes: ne inflatiōes & ſeditiones &c. ſint inter vos. Deut'. j. Tumētes ſupbia aſcendiſtis &c. Iob.xxj. Erūt ſicut paleæ ante faciem venti. Sic ſuperbi quærentes honores: & ſic ſe eleuantes deiectūtur in miſeriā: ſicut ſuperbus Antiochus de quo. ij. Mach.ix. Quinto ventus eſt in corpore humano multar⁹ ægritudinum cauſatiuus: qñ. ſ. in corpore generat vel ibi clauditur vt infirmitas illionū: torſiones ventris: cholica & hmōi. Sic per ſuperbiam multæ infirmitates ſpirituales. Eccl'i.iij. Synagogæ ſuperbor⁹ non erit ſanitas. Et quæ infirmitates p̄tōr⁹ oriātur ex ſuperbia oſtēdit Greg. in.xxxiij.lib. Moral'. in ſi. Cūctis nāq; ſupba apud ſe cogitatione tumētibus ineſt tumor in locutioe: amaritudo in ſilētio diſſoluto i hilaritate: furor in triſtitia: inhoneſtias in actione: honeſtas in imagine: erectio in inceſſu. rancor in reſpōſione: horum mens ſemp eſt ad irrogandas contumelias valida: ad tolerandas infirma: ad obediendum pigra: ad laceſſendū alios importuna: ad ea q̄ facere & debet & præualet ignaua: ad ea aūt quę facere ſ nec debet nec pr̄ualet parata: hæc in eo qd' ſponte nō appetit nullis exhortationib⁹ flectit: ad hoc aūt quod latenter deſiderat quęrit vt cogatur: qa dū metuit ex deſiderio ſuo vileſcere: optat vim in ipſa ſua voluntate tolerare. Hęc ille. Sexto ventus eſt luminis & ignis extinctiuus: vt pater ad ſenſum: ſic ſuperbia extinguit lumen gratiæ & ignem charitatis & oīm virtutū. Eccl'i.xxj. Domus q̄ nimis. i. valde locuples eſt. ſ. virtutibus: annihilatur ſuperbia. vñ Greg. Sicut oīa vitia eneruat humilitas: oēsq; virtutes colligit & roborat: ſic ſuperbia oēs virtutes deſtruit & eneruat. Idē Greg. paulo. ō. inquit, Alia vitia eas ſolas virtutes impetunt quibus ipſa deſtruūtur: vt videlicet ira patiētiā: gaſtrimargia abſtinētiā: libido cōtinētiam expugnat. Superbia aūt nequaq; eſt vnius virtutis extinctiōe cōtēta: ſed cōtra cūcta aiæ membra ſe erigit: & quaſi generaliſ ac peſtifer morb⁹ corp⁹ oē corrūpit. Impedit q̄q; ſupbia infuſionē gratiæ & virtutū. Sicut em cōcauū eſt receptiuū non cōnexūt mōtes: ita ſuperbia q̄ facit mētes eleuatas vltra oēm cōditionē impedit receptionē gr̄æ. Vñ in figurā dr̄. ij. Reg. ſ. Mōtes Gelboę qui ſignificāt ſupbiā: nec ros nec pluuia. ſ. gratiæ veniāt ſuper vos &c. Lumē etiā verę cognitiōis impedit. vñ apoſtolus dicit ad Ro. ſ. de pbis ſupbis q̄ dicētes ſe eſſe ſapiētes ſtulti facti ſunt: & tradidit eos de⁹ in reprobū ſenſum. i. tradi pmiſit.

§. VI. TERTIO SVPERBIAE RE-

Remedia ſuperbiæ mediabilitas inſinuat ibi: eis. ſ. diſcipulis ꝺ̄riabat vētus q laborādo cōtra vētū i nauigādo & demū chriſto ad eos veniente liberati ſunt a vento: & facta eſt trāquillitas. Oportet ergo ad remediandū ſupbię ne dñetur chriſti diſcipulū eius vitā & doctrinā ſeq & laborare diuerſis cōſiderationibus. Ipſe ſiquidē chriſtus humilimus fuit in oī vita ſua & cōuerſatione humiliter cōuerſatus cū ſimplicib⁹ & pauperib⁹: non cū doctoribus & mūd⁹ ſapiētibus & diuitib⁹ qui cōiter ſūt ſupbi. Humiliter indutus: nō pompoſe: docuit nō p̄funda & curioſa: ſed vtilia & humilia: fugiēs honores vt cū vellēt eū turbę facere regē. Io. vj. aliquando p̄cipiēs occultari eius miracula: vt Marci. vij. de muto & ſurdo in his quę agebat gratias deo referēs: & non ſibi attribuens: vt Ioan. vij. A meipſo facio nihil. Et illud. Mea doctrina non eſt mea: ſed ei⁹ qui miſit me: in ſeruiēdo diſcipulis vt abluēdo pedes eorū Io.xiij. Vt dimittamus humilē eius ad nos deſcenſum de lumine cœli ad tenebras mūdi: de ſe de regali ad officinā peccati: de cōſenſu patris ad p̄fundū laci. Formā ſerui accipiēs & ſiſimilitudinē carnis p̄ſi videlicet corpus ſubditū pœnis p̄ſi: vt famē. ſitim. frig⁹: & alia etiā ipſam mortem: nō in habērem p̄ſim. Vñ Aug. Erubeſcat homo ſieri ſupbus poſtq̄ humiliat⁹ eſt de⁹: q etiā ſupbiā reprehendens humilitatem docens: vt illud Matth. xxiij. Nolite vocari rabbi: & illud. Recumbe i nouiſſimo loco. Luc.xiiij. Diſcipulos cū cōtēderēt de primatu ſupbia tēta ros reprehendēs dicēdo: qa niſi cōuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli non intrabitis in regnū cœlor⁹. Matth.xviij. Et cū apl's reuerſi a p̄dicatione gauderēt q̄ dęmones expulſſēt aliquali ſupbia, ꝑprię reputatiōis ſtimulati terruit eos exēplo ſathanę dicens. Videbam ſathanā ſicut fulgur de cœlo cadētem. ſ. ſuperbiā. Et iterum. Cum feceritis oīa quæ præcepta ſunt vobis dicite ſerui inutiles ſum⁹ & qd' debuimus facere fecimus. Luce.xvij. Ipſe etiam ait ad patrem. Cōfiteor tibi dñe pater cœli & terrę: quia abſcōdiſti hęc a ſapientibus & prudētibus &c. i. ſuperbis. Matth.xi.

Suphię remedia

& ſubdit. Diſcite a me: qa mitis ſum & humilis corde. Eſt ergo primū remediū cōtra vētū ſuperbię exēplū vitę chriſti: Sec'm eſt doctrina eius ipſam deteſtās & ad cōtrariū exhortās: & hoc eſt chriſtū ſecū habere in naui mētis. Tertiū ē laborare in exercitijs vilibus ſe occupādo. Vñ dr̄ de pœn. diſ.ij. ſi qs. Si qs ſemel notatus fuerit inuidię vel cōtētionis vitio: & rurſum i hoc ipm incideri: ſciat ſe primā cauſam ex qua inuidia vl' cōtētio naſcit i interioribus habere reconditā. oportet q̄ eū p̄ contraria atq; aduerſa curari. i. p humilitatis exercitia. Exercitia vero humilitatis ſunt ſi ſe vilioribus officijs ſubdat: & miniſterijs idignioribus tradat. Ita em arrogātia quę eſt humanę glorię vitiū curari poterit: vt in cōſuetudine humilitatis aſſet⁹ vltra iā nō incidat in arrogātię & vanę glorię delictū ſed in ſingulis hmōi vitijs cura ſimilis adhibeat. Quartū remediū eſt cōſideratio viliratis ꝑprię atq; miſerię aię et corporis. Iob.xiiij. Repletur hō multis miſerijs. natus de muliere breui viues tpe. qui quaſi flos egreditur & cōteritur & fugit vt vmbra: & nunq̄ in eodē ſtatu permanet. Quid em eſt hō niſi ſperma ſętidū i principio ſui: vas ſtercorū in medio: eſca vermiū in fine quo ad corpus nota vi litatem huius. quo ad aiam i pcīs natus: ſine pcīs nō viuens. tenebris inuolutus: ignorās finē ſuū a ſuperno iudice de oībus iudicādus & punięndus & pręcipue de ſupbia. iuxta illud Pſ. xxx. Retribuet dñs abūdāter. ſ. pœnā iacētibus ſuperbiā. & hoc recte: qa ſupbi directe pugnāt p̄tra deū. Eſa.ij. Dies dñi ſup oēm ſupbū & arrogātē. Adeo iſtirmi ſumus aio vt nec leui cogitationi poſſumus p nos reſiſtere nec leuem bū ſuſſerre: nec leuem flatū tētationis ſuſtinere. Corporis infirmitas tāta vt paruus vermis vt ſcorpio & aranea ipm proſternat: ipm moleſtet. Quid inflaris: inquit Aug. fanies fętida: qd tederis pellis morticina: Quintū eſt conſideratio melioris vitę. Grego. Sicut incentiuum elatiōis eſt cōſideratio deterioris: ita cautela humilitatis eſt conſideratio melioris. Cōſiderata em vita ſanctor⁹ quor & q̄ta fecerūt & ſuſtinuerūt p deo miſerrima oſtendit vita noſtra. Sextū remediū eſt cōſideratio judicior⁹ dei: & pręcipue cōtra ſupbos. Pſ. Tu humiliaſti ſicut vulneratū ſupbū. Et illud. Oculos ſuperbor⁹ humiliabis.

§.VII. EXEMPLA HABES PLVRA

Quō ſu ꝑbi humiliat. in ſcriptura quō deus humiliat ſuperbos. Primū exēplū Luciferi & primor⁹ parētū de corū ſupbia humiliata. de q bus. ō. habet Genē.xj. de ędificare volentibus turrim ptn gētē vſq; ad cœlū vt ſic ſe defenderēt a deo ſi ampli⁹ aquas diluuij induceret ſup terrā vbi cōfuſis linguis eor⁹ cōpulſi ſunt op⁹ dimittere impetfectum. Sec'o de Pharaone q ex Pharao magna ſupbia nolēs parere dñi iuſſionib⁹ ſibi p Moyſen & Aaron factis de dimiſſione ppli: demū poſt multa flagella humiliatū, demerſit in ꝑfundum. Exo.xiiij. Tertio de Dathan & Abyron q rebellātes Moyſi & ex ſupbia ꝑtē nētes principatū eius: aperta eſt terra, & deglutiuit eos vt uos. Nume.xvj. Quarto de Saule rege quo nō erat melior in Iſrael: cui dixit dñs. j. Regū.xv. Cū eſſes parvulus i oculis tuis: caput in tribubus: cōſtituit te in Iſrael: nunc autem ga eleuaris abiecit te. Quinto de Roboā filio Salomonis: de cuius ſupbia legit. iij. Reg.xij. cum dixit populo Iſrael. Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo pr̄is &c. Sed humiliatus eſt: qa occiſo Aduram q erat ſup tributa decē tribus receſſerūt ab eo & fecerunt ſibi alium regē. ſ. Hieroboā. Sexto de Sennacherib: de cui⁹ ſupbia dicit dñs Eſa.xxxvij. Supbia tua deſcendit in aures meas: ponā igit circulū in naribus tuis: & frænū in labrīs tuis: & reducā te per viā qua veniſti. de ei⁹ humiliatione ſubdit: qa angelus dñi in vna nocte occidit. clxxxv. milia exercitus ſui: ſicq; ipſe rex Aſſyriorū Sennacherib euadens reuerſus in terrā ſuā a ſiliīs ſuis occiſus eſt i templo dei ſui. De Nabuchodonoſor de quo Dañ.iij. dictū eſt. ō. Septimo de Holoferne & exercitu eius cui pręerat innumerabili: q ex ſupbia dixit poſtq̄ Achior locutus eſt collaudans illum populū & deū ſuū vt oſtēdat qa nō eſt alius de⁹ niſi Nabuchodonoſor: poſtq̄ pcuſſerim⁹ eos quaſi vnū hoiem: tu etiā cum eis gladio interibis. Iudith.vj. Sed humiliatus eſt: qa amputato capite eius a Iudith, exercitus fugit: & debellatus eſt. Iudith. xv. Octauo de Aman q propter ſupbiā ſuā pati non potuerat q̄ Mardocheus eū nō adoraret ſicut cęteri hoīes: quod ille nō faciebat: qa cognoſcebat illū abuti honore: ſed humiliat⁹ eſt: qa demū ſuſpēſus ē i ligno illo qd' parauerat Mardochęo. p patibulo: & oēs inimici ppli Iudęor⁹ occiſi ſunt illa die a Iudæis data licētia ſup hoc a rege Aſuero qa ipi debebant occidi: vt habet Heſter p totū. Nono de Antiocho rege. ij. Mach'. ix. de quo dr̄ q̄ locutus eſt ſupbe Antiochus audito q̄ exercitus eius fuerat deuict⁹ a Iudęis dicens ſe venturū Hieroſolymā: & congerie ſepulcri eā ſacturū. Sed imediate humiliatus fuit: quia apprehendit eū dolor viſcerū: & tātus fœtor de corpore ei⁹ ſcaturiēs & vermibus exibat q̄ nō poterat eū exercitus tolerare ibi vide de eius humiliatione. Decimo de Herode q decollauit Iacobum: qa ppl's ei acclamaret laudes dei & nō hois. i. laudaret eum vt deū indutū veſte aurea reuerberāte ſup eum radio ſolis: & ex hoc ſupbiēte & ſupra hoiem de ſe æſtimāte pculſit eū angelus dñi. vt habet Act.xij. ſed diffuſius i hiſtoria eccleſiaſtica. Vndecimo de ppl'o Iudæor⁹ q eū ſuerat a dño mirabiliter adiut⁹ & exaltatus: qa ſupbe egit cōtra dñm nolēs eū recipere & doctrinā eius: humiliat⁹ eſt & diſperſus p orbē in ſeruitutē & opprobriū. Duodecimo i vitis patrū de quodā Anachorita q ad magnum apicē cōtēplationis aſcēderat: ſed ſupbia elatus humiliat⁹ eſt. Nā diabolus aſſumēs ſpeciē mulieris oberrātis in deſerto: venit ad cellam eius rogans recipi de nocte ne a fęris deuoraretur: quo facto & accenſo ei igne ad calefaciendū aſpiciens i eā: & ſtimulatus libidine cū opus neceſſariū attenteret illa vt fumus euanuit in aerē clamitās. O Anachorita qui te vſq; in cœlū exaltabas: ecce quia i infernū demergeris es inducens eum ad deſperationem.

Hero⁹ des.

Populꝰ Iudæorum, anachorita.

¶De duodecim gradibus ſupbię. Ca.III.

DE GRADIBVS SVPER-

Sbię.xij. de qb⁹ brūs Ber. i quodā libello. & brūs Tho. ij. ij. clxij. de his ꝑ exponi illd Pſ. lxxiij: Supbia eor⁹ q te oderūt aſcēdit ſp. Vbi ſciēdū eſt q̄ eſt duplex aſſēſus mētalis. Vn⁹ eſt⁹ tualis. ſ. de bono ope i meli⁹: & de actuvni⁹ virtutis i aliū. De q̄ Eſa.ij. Venite aſcēdam⁹ ad montē dñi. i. chriſtū vel cœlū. ſ. p humilitatē & bōa opa. Alter criminalis. ſ. de vno actu peccati ad aliū: & ꝑcipue qa ſupbia importat aſcęſum quendā falſæ ęſtimatiōis & inordinatę affectionis ad magna. Aſcendit criminaliter cū qs devno gradu ſupbię aſcēdit ad aliū. de quo pōt intelligi illud Exo.xij. Ne aſcēdes. ſ. p gradus ſupbię ad altare meū. i. chriſtū ſeu diuinę maieſtatis: ſed p humilitatē oportet aſcēdere: qa vt dr̄ Iob.xx. Si aſcēderit i cœlū. ſ. meritorū eſtimatiōe ſupbia ei⁹: & caput ei⁹ nubes tetigerit ſi ſterqlinū i fine pdet. De hoc q̄ aſcēſu ſuperbię dicit Pſ. lxxiij. Supbia eorū &c. Vbi tria poſſum⁹ notare.

¶Primo vitium deteſtabile: ibi. Superbia.

¶Sec'o malum iſuperabile: ibi. qui te oderunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Tertio progressum execrabilē: ibi ascendit semper.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

Suphia est detestabilis

ita est detestabile suphia prout dr Ecclī.x. Odibilis coram deo suphia est & hoib⁹. Suphia em deo aduersaf & pximo ac proprio subiecto. Aduersaf gppe deo quasi volēs ab eo auferre qd suū est. Dicit em dns Apo.1. Ego sum alpha & o principium & finis. s. ois creaturæ. Sed superbus cum ēsti met bona sua q habet a se habere & esse principiū eor⁹: & ad hūc finē faciat opa sua vt honoref & magnificef: sic facit se principiū & finē qd dei est. Vñ dicit Boe. q ēteravitia fugiūt deū: sed suphia resistit deo. Per luxuriā em hō ad creaturā cōuertit quērens inordinatā delectationē. p auaritiā ad pecuniā: & sic de alijs. sed pssuphiā cōtradicit deo quasi volēs dnium eius. Sed si videris: inquit seneca: murē vel le dominari alijs muribus: nūquid risum teneas? & iō spe cialiter dr de superbia⁹ lac.iij. Deus suphis resistit & meritō nā non solū superbus vult deo æquari, sed superior esse Vñ & de supbo Antichristo dicit apls.ij. ad Thes.ij. Extollitur & aduersaf sup oē qd dr deus aut qd colit. vbi Bern. Horret humanus intellec⁹ verbū: vtinā horreat simul cogitatū malignū pariter et affectū. dico em vobis q nō illtim, sed ois suphus extollit supra deū. Vult em de⁹ fieri vo lūtatē suā: vult & suphus fieri suā. Iam videtur æqualitas Sed vide male congruā, pportionē. Deus em in his q rōne approbat vult fieri volūtatē suā: suphus vero cū rōne & cōtra rōnē. Suphia deū impugnat semp in oi tpe: in oi loco: & in oi psona. Multa pcta sunt q cauenf in solēnitatibus. sed suphia tūc magis exercetur in pōpositis vestibus & ornatibus vnde hoies superbiūt in cōuiuijs: in sermonibus: & hmōi. Pcta carnis gulæ & fraudulētię & hmōi raro cōmittunt in locis sacris. Sed suphia ibi pmaxime. Multę etiam sunt personę quę dedignātur fornicari: fraudare: mēdacia dicere: q tm sibi nō cauēt a suphia. Suphia etiā bonis operibus insidiaf vt pereāt: ait Augu. Quinimo nulla contumelia seu offensio sit deo vbi nō fit aliquo modo suphia Propterea dr Ecclī.x. Initiū ois pcti suphia: ex eo videlicet qa primū pctm qd fuit Luciferi fuit suphia. Sed vt dr Iudith.ix. Suphi nō tibi dñe placuerūt a pricipio. Vl dicit

Suphia initium ois pcti

initiū ois pcti: qa suphia primorū parentū est causa i nobis originalis pcti: vnde in nobis est inclinatio i omne pctm vel qa in oi pctō est aliquo modo superbia dū qs se rebellat mādatis dei. Vñ aduersus christi in carne fuit: & ad iudicū cōtra superbiā erit. Sed primus ad medendū. Secūs ad puniēdū eā. Vnde Augu. Propter magnū pctm superbiæ deus humilis venit. Iste ingēs morbus aiarū omnipotentem medicū de cælo deduxit vsq; ad formā serui humiliauit cōtumelijs eū ligno suspēdit vt salute tāte medicinę ceteruthic tumor. Secundus aduētus erit cōtra superbiā ad puniēdū. Vñ Esa.ij. Dies dñi exercituū superomnē suphū & excelsum & arrogātē & humiliabit. Est etiā suphia, pximo iniuriosa. Superbus em, pximū corde cōtēnit: verbis cōtumeliaf: factis molestat: Corde em cōtemnit: ꝑm illud

Suphia, pximo iniuriosa

Eccli.xiij. Sicut abominatio est superbo humilitas: sic execrabilis est diuiti puuper. Et nō solū humiles, sed & superbos superbus cōtēnit & eis contrariaf. Nō em in eo verisicaf illud. Omne aial diligit sibi simile & iclinaf ad illud Et rō est: qa superbus appetit sup alios prēsse vel reputari & honorari & iō cū ista cōia esse nō possint: cū videt aliū suphū ista quērere tāq; impedietē sui cōsequi desideriū eū detestaf. Verbis etiā superbus molestat, pximū multipliciter & se iactādo & cū eo litigādo & cōtumelias inferēdo. Vñ Amos. vj. Nūquid i fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua. s. facilēdo magnifica opera & apparentia. Et Eccli.xj. Sicut eructāt precordia fœtētiū: ita & cor superborum. Ad Iram. Stomachus vētositate inflatus eructat qd abominabile est audiētibus. Sic suphus verbavētosa & displicibilia, pfert. Et illud Prouer.xj. vbi fuerit suphia ibi & cōtumelia: Factis etiam molestat cum affligendo & bonis spoliādo. ꝑm illud prouer.xxij. Arma & gladij in via superbi custos autē aiæ suæ longe recessit ab eis. Et Eccli.xxv. Effusio sanguinis: in rixa suphor⁹. Quādo em nō pnt obtinere qd volūt nō curāt per se vel alios sāguinē fundere vt possint ad dñia ascendere. Et qa molesti sūt alijs superbi: ideo cōiter: egre ferūtur. Vñ Eccli.xxv. Tres species odiuit aia mea: & aggrauor valde aię illor⁹. pauperē superbū: diuitē mendacē: & senē fatuū & insensatū. Ad litera. Hoc ideo est: quia talib⁹ tollit occasio illor⁹ malor⁹ Superbia em inducit opulēria vel magna aliqua excellentia quālnō habet paup. Ex pauprate vt ꝓuideat necessitati suę quis aliqū dicit mēdacia: & experiēria lōga debuit semper has plagas: nec; egerūt pœnitētiā vt daret illi gloriā vel quia impedit deus aliquos ne impleāt suas voluntates malas diuersis modis: vl qa, phibet peccata, ppter qd pra ui nō ita libere peccāt vt cuperent: tum quia remordet cōsciēria. tum quia nō assentitur ab alijs ex timore.

§. III. TRRTIO PROGRESSVS

Suphię sm. gradus.

execrabilis suphię notaf: cū dr Ascēdit semp Vbi notādū q; duodecim sunt gradus suphię q bus ascēdit ad summū eius. s. curiositas: leuitas: inepta lętitia: singularitas: iactātia arrogātia prēsumptio: simulata cōfessio: defēsio pcti: rebellio: libertas sui: assuefactio mali. & Bern. in quodam libello eos explanat quo ad statum religiosum. Sed vt cōmunior sit materia etiā ad alios extendemus.

Curiositas.

§. IIII. EST ERGO PRIMVS GRADUS CURIOSITAS:

q in hoc cōsistit dū qs nō cōtentus terminis cognitionis sibi cōueniētis querit scire: videre: audire vel alijs sensibus apprēhendere q nō decet. Multipliciter hoc vitio ifectū est gen⁹ humanū: & tanto magis quanto min⁹ de eo nō facit sibi cōscientiā. Vt em dr Eccli.j. Nō satiatur oculus visu nec auris auditu. Frequenter qs querit quęcūq; oculis occurrit videre & audire oīa q dicūtur. Et breuiter qñcūq; qs vritur aliquo sensu nō propter aliquā causam rōnabilē sed solū vt notitiā habeat de ipsa re obiecta sensui pertinet ad curiositatē. Cū etiā intellectus scire querit q sibi, phibita sūt vel noxia vel q sūt supra capacitatē suā: vt de mysteriis fidei & prędestinatione & hmōi curiositas est. vñ dr Eccli.iij. Altiora te ne qsieris: & fortiora te nō scruteris: & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Bern. aut sic ait de hoc gradu. Si videris monachū de quo pri⁹ cōfidebas vbi stat ambulat. s. discurrēdo hinc inde & oculis inspiciēter vagari: caput erectū: aures portare distentas: & moribus exteriorib⁹ hoīs interioris immutatū agnoscas. dū em aia sui circūspectione turpescit curiositatis: in alior⁹ curiosam æque facit. Vt quid autē audes oculos leuare in cœlū q peccasti in cœlū terrā ituerevt agnoscas teipm. Hęc ille. Dina filia Iacob quia curiosa fuit in egrediēdo domū vt videret fœminas regionis illius cōstuprata fuit a Sichem. Gen. xxxiij.

Exēplū.

leuitas

§. V. SECVNDVS GRADVS EST

leuitas. s. ad iudicādū facta alior⁹ ad loquēdū ad, pferēdū sentētias ad ordinādū noua ad docēdū alios: & sic contraditur cōtētiones multiplicat: q oīa, pceduī cōiter ex nimia sui æstimatione quasi euāgelū sit oē qd dixerit vl fecerit & alij nil sciāt sicut Cayphas cū dixit in cōsilio. Vos nescitis quicq; nec cogitatis: expedit vobis vt vnus hō moriatur. & Helyu iuuenis qui cū vidissent tres amicos Iob qui cū visitauerant. s. Eliphaz: Baldac: & Saphar: disputantes cū eo superatos: duplus leuitas & arrogātia illos cōtēpsit tāq; ignaros: & ipse Iob aggressus est disputationē eum arguēs. Sed reprahēsus a dño fuit & ei dictū. c.xxxviij. Quis est iste inuoluēs sententias sermonib⁹ imperitis? Bern. vosic ait de hoc gradu. Sic orif iste ex gradu præcedenti. Monachus q sui negligēs alios curiose circūspicit dū quosdā suscipit superiores: quosdā despicit inferiores: in alijs qdē videt qd inuidet in alijs qd irridet vnde anim⁹ nulla sui cura grauatus p superbiā ad alta se erigens: modo p inuidiam tabescit: modo per excellētiā puriliter hilarescit: & p superari dolet: & p superare se gaudet: amor, pprię excellentię facit. Talis aūt nunq pauca & mordacia verba: nūc multa in amarius versa nūc luctu plena: semper autē irrationabilia indicit verba. Hęc ille.

amici q visitauerunt Iob in miseria

inepta lętitia.

§. VI. TERTIVS GRADVS EST

inepta lętitia. Videš em suphus se, pserari i tpalibus: ab hoibus laudari: honorib⁹ exaltari: dignitatib⁹ sublimari & quos vult posse deprimere. inde mundialiter hilarescit hoc habēs, p magna fœlicitate & industria sua: etiā de apertis malis exultās: ꝑm illud prouerb. xj. Lętant cū male fecerint & exultāt in rebus pessimis: deridētes & subsannātes vel contēnentes Pauperes & miseros: sicut diues epulo in inferno sepultus: ,ppterea qa cōuiuijs gaudēs mēdicū Lazarū cōtempsit. Luc. xvj. Procurant aliq̄n tales tripudia choreas: hastiludia: ludos: & alia vana ad augendā suā ineptā lęticiā. Sed vt ait Iob. xxj. Tenent tympanū & lyrā: & gaudēt ad sonitū buccinę: & in pūcto ad inferna descēdūt. Bern. vero de hoc sic ait. Monachus q duos suphię gradus ascēdit cum gaudium videt interpellari tristitię quam de bonis alterius cōtrahit impatiēs suæ humilitatis pgit ad cōsiliū falsę cōsolationis ex illa parte qua sui sibi vtilitas & aliena excellētia mōstrat astringit curiositatē: vt i quo ipse videt excellere notet in quo alter præcellat semp dissimulet vt dū euitat qd triste puratur lętitia contineā. His itaq; indiciis hic gradus deprahendit rari vel nulli gemitus vt putes si attendas: aut sui oblitum aut ablutum a culpis: in signis scurrilitas: in fronte hilaritas: vanitas apparet in incessu: pronus ad iocum: facilis & promptus i risu similis vesicę turgentiv vento: puncto forate exiguo: quę si stringitur crepitat &c.

Iactantia.

§. VII. QVARTVS GRADVS EST

iactātia. s. laudare seipsum supra debitū modū diuersis rebus: vel de pulchritudie: vel fortitudine vel nobilitate generis: aut de diuitijs potentia & gloria: de industria artis suę: intellectus acumine scientia: sapientia: eloquentia virtutibus & gra. Sed vt dr, puerbio. Laus in, pprio ore sordescit. Vñ Cato. Nec te collaudes. Et sequit, Hoc faciunt stulti quos gloria vexat inanis. Ad iactātiā etiā & superbiā pertinet portare supfluas vestes & alios ornatus supra statum suū: pōpas in cōuiuijs: ędificijs & equitaturis: & in alijs apparatibus q oīa demū ad inferos deducunt. Vñ dicūt ipsi suphi i inferno positi. Quid, pfuit nobis suphia nostra & iactātia diuitiarū: ecce oīa trāsierunt velut vmbra? Sap. v. Sic Simon Magus q iactabat se posse mutare naturas rerum: & mortuos suscitare: & i cœlū ascēdere cadēs in terrā demissus a dęmonū multitudine q eum ferebāt per aerem oratione Petri collisus & cōfractus in, pfundū descendit. Bern. aūt sic ait de hoc gradu ibi ex pcedenti gradu sic oritur. post q̄ vanitas i vestibus cresscere & grossescere inceperit: necesse est vt ampliori foramine laxato sinus vestitus eructet aliq̄n rumpat. Deprahenditur aūt hic gradus his indicijs. Esurit & sitit: qbus oē qd sentit ostendat præuenit i terrogātem: nō quærēti rndet: ipe quærit ipe dissoluit verba collocutoris pscidit impfecta. Si de religione agit statim visiones & somnia, pferūtur: laudat ieiunia: cōmēdat vigilias: sup oīa orones exaltat: si ad ludicra sermo cōuertit: i his quāto assuetior tāto loquacior: ita vt seueros animos & graues i leuitatem concitet & in risum.

Exēplū de Herōis autē rita.

§. VIII. QVINTVS GRADVS SV

Singularitas.

perbię est singularitas: facere. s. aliqd vltra cōia & consuetavt prę cęteris reputef & honoref vt circa vestitū inuenire nouitatē vestiū magis apparentiū: noua ornamenta in sermonib⁹: vt verbis peregrinis & obscuris: in disputationibus sequi nouas opiniones vltra cōes: in tractatib⁹ cum alijs de aliqua materia: discrepare a cōi iudicio aliorū vt videat magis itelligere factū: in, pussionibus grauaminibus & pmotionibus vult singulariter præ cæteris tractari meli⁹ de quo potest exponi illud Pē. lxxix. Singularis fer⁹ depastus est eā. s. vineā ecclesiæ. Ferini em hoies sunt hmōi qvolūt esse singulares. Nā homo inquātum homo est aial sociale nō singulare: & hi psumūt vineā ecclesiatū & ciuitatū totū, p se querētes de alijs nō curātes. In statuvero spūali recedere a cōmunivita regulę a cōibus constitutionibus patrum: a cōib⁹ cærimonijs & obseruātijs sine cā vrgēte vl speciali reuelatione ad singularitatem pertinet & est valde periculosum. Contra hos inuehit Bern. in sermone dicens. Quid dicis tu amator singularitatis: cōia loca: cōem vitam: cōem regulā: cōes obseruantias quid fastidis? Ideo Thomas nō vidit christū cū cęteris: qa non erat cū eis qñ venit Iesus: qd sit periculosum ostēdit Ioannes Cassianus in. s. col'. de quodā q dicebat Herro, q cum esset singularis i austeritate vitæ & admoneret in contrariū ex diabolus in specie angeli lucis: & eius verbis acquiescere demū ex suasione diaboli, piecit se i puteū. Non tū pinet ad singularitatē hoc, sed animi firmitatē: vt declinantib⁹ alijs quasi oībus a mandatis & debitis regulis quasi solus vel cū pauciss̄imis mandata & regulā seruet: sicut i laudē

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit de Tobia: ꝙ cum oēs ex filijs Israel irent ad adorādū idola quæ fecerat Hieroboam rex Israel: iste solus ibat in Hierusalē ad tēplū ad adorandū deū. iij. Reg. xij. & offerendū sacrificia & decimas: & cū duceret ad captiuitatē in Niniuē cū alijs cōtribulibus suis: & oēs alijs de populo suo cōtaminarētur in escis gētilib⁹. s. comedēdo cibos eis, prohibitos in lege: ipse solus nō est cōtaminatus in escis eoꝝ: abstinens. s. ab esu illoꝝ cibo⁹. Tob. j. c. Bernū. sic ait. Singularitas a precedenti gradu sic oritur. Turpe est qui se supra cæteros iactat si non plus cæteris agat aliqd: vt vltra cæteros appareat. Perpenditur autem his indicijs gradus iste: plus sibi talis blanditur de ieiunio qđ cæteris prædētibus facit, ꝙ si cæteri septē dies ieiunauerit: commodior sibi videtur vna oratiuncula peculiaris ꝙ tota psalmodia totius noctis: dolet aliquem se pallidiorē & minus comedentem: ad omnia sua strenuus: & ad cōmunia piger vigilat in lecto: dormit in choro.

Arrogātia.

§. IX. SEXTVS GRADVS SVPER

biæ est arrogātia: cū. s. qs attribuit sibi illā scientiā & virtutē quā nō habet: ex hoc quærēs alijs posse præesse: subesse renuēs: æquari cæteris nō sufferens: adulatoribus acquiescens: si aliqꝝ eū nō venerat impatiēs. Hiere. xlviij. Subli mitatē & arrogātiā & superbiā & altitudinē cordis illius ego scio dicit dñs. s. ad puniendū. Hac arrogātia duct⁹ Marius ciuis Romanus nō cōtētus: ꝙ sexties fuerat cōsul Romanoꝝ: voluit tyrānice & violēcia esse & septimo: ꝓpter qđ iterfectio⁹ facta est multorū ciuiū bello intestino facto inter Mariū & Sillam qui voluit eū impedire in hoc vt narrat Titus Liuius. Sic & Iulius Cesar reuersus victor de Gallia voluit fieri cōsul: vñ secuta sunt multa mala. Quod etiā quis credat posse vel velit malos quoscūꝝ separari a bonis ptinere ad arrogātiā ostēdit Augu. dicens: Quātus arrogātiæ tumor est: quāta humilitatis & leuitatis obliuio & arrogātiæ quāta iactatio vt se qs posse facere credat qđ nec apl's cōcessit dñs vt zizaniā videlicet a frumēto putet se posse discernere. xxiij. q. iij. c. quātus. Pertinet etiā ad arrogātiā imperiose despectiue docere vel regere subditos & cōtra alios inuehere vt videant plus ipsi saperevt qđ facit: et iam in sermonibus & in scriptis suis. Cōtra quos Gratia. post Hiero. Nihil impudētius arrogātia rusticoꝝ qui garrulitatē autoritatē putāt: & parati ad lites in subditos tumide intonāt. dist. xlvj. §. j. Ad idē Greg. xxiij. moral'. ait Habet hoc ꝓpriū doctrina arrogātiū vt humiliter nesciat inferre q docēt & recta q sapiūt, ministrare recte nō pñt. In verbis eoꝝ, pdit ꝙ cū docēt quasi in quodā sibi vidētur summitatis culmine residere: eosꝙ quos docent vt lōge infra se positos velut in imo respiciūt: qbus nō cōsulendo lōq, sed vi⁹ dominādo dignātur. His per ꝓphetā. s. Ezech. xxxiij. dr. Vos autē cū austeritate imperabatis eis & cū potēcia. dist. xlvj. c. hoc habet. Bernū. ꝙ sic ait de hac arrogātia. Sic oritur ex præcedēti. Cū ex his talis q̄ singulariter agit apud simpliciores eius opinio excreuerit: qui opera quæ cernūt, sed vnde, pdeāt nō discernūt dū miseri beatificāt in errorē mouēt: credit qđ audit: obliuiscit intētionē dū amplectit opinionē quicꝑ de omnib⁹ alia plus sibi q̄ alijs credit: de se ꝙ pl⁹ alijs q̄ sibi: vt nō solū ꝙ bo aut operū ostētatione suā plerat religionē sed intimo cordis affectu se credat omnibus sanctiorem: & quicquid de se laudent homines: non ignorantię aut beneuolētię laudatoris, sed suis meritis ascribit.

præsumptio.

§. X. SEPTIMVS GRADVS SVPER

biæ dr præsumptio: cū. s, ponit se ad ea q excedūt facultatē suā: cōditionē suā & statū. Ad presumptionē ptinet ꝙ qs ponere t se ad disputādū cū hęreticis vel alijs infidelibus ignarus scripturarū & rōnū ad argumēta eoꝝ. Vñ & quidā religiosus vt reputabat deuotus & sciolus sed presumptuosus audiēs errorē Fratricellorū quę sunt habere librū i quo erāt errores illoꝝ vt posset cū eis disputare & cōuincere. Sed qa ignarus erat in illis captus est & hęreticus factus. Pertinet ad ꝓsumptionē ꝙ quis dū pōt se iuuare inuitu & necessarijs expectet cibū de cœlo. Sicut accidit vni ex duobus eremitis in vitis patrū qui recedētes ab alijs: cōmiserūt se gubernationi diuinę. Et itinerantes cū iā cœpissent esurire & prę debilitate deficere obuiauerūt quibusdā Barbaris qui diuina istigatione cōmoti præter solitū ob tulerūt eis ad comedēdū qbus assensit & acceptauit vnus eoꝝ intelligēs a deo dispositū vt hoies ita fieri eis obtulissent & comedit. Alter ꝓmanēs i sua ꝓteruia & ꝓsumptione noluit: sed expectauit cibū sibi a deo mitti ꝓ agellū vnde & prę fame mortuus est sui homicida. Ad presūptionē pertinet agere q̄ spectāt ad officia aliorꝝ vt sibi subdit⁹ velit prælatū regere: si laicus de clericis velit iudicare capere & punire: etiā malos clericos: si mulier velit viro imperare. Si quis velit facere officiū qđ ad eū nō pertinet. Sicut Ozias rex Iuda qui ingressus est tēplum dei vt offerret in cēsum: sed, ppter suā presūptionē hanc effectus est lepros⁹. ij. Para. j. xxvj. Bern. de hoc gradu sic ait. Hæc ex præcedēti gradu sic oritur. Qui alijs præesse putat: quō plus de se ꝙ alijs nō præsumat: primus in cōuentibus residet: i conciliis primus rūdet: nō vocatus accedit: & si iussus se intromittit: de ordinat ordinata: reficit refecta: quicquid ipse nō fecerit aut ordinauerit: nec recte factū nec pulchre ordinatū æstimat iudicat iudicātes: præiudicat iudicatis sic cū tēpus aduenerit nō promoueat ad prioratū suū abbatē aut inuidū iudicat aut deceptū: ꝙ si mediocris aliqua obedientia ei iuncta fuerit indignat arbitrans nō minorib⁹ sese occupandū: qui ad maiores sese sentit idoneum.

defensio peccati.

§. XI. OCTAVVS GRADVS SV

perbiæ est defensio pcti. Multū hoc reperif in hoibus vt vitia cōmissa excusant, alleuiēt: alijs attribuāt & aliqñ tāq̄ bñfacta defendāt. Sed si te excusas ait Augu. deus accusat. Alleuiat qñq̄ pctū suū cōparatione pctoꝝ aliorꝝ & ꝓcipue superioꝝ iuxta illud Stultus vitabit correctionem: & iuxta volūtatē suā iueniet cōparationē. i. similē sibi vt sic alleuiet factū suū. Aliqñ vero alijs attribuit causā pctōrum suoꝝ vt diabolo vel socio & hmōi sicut primi parētes quoꝝ. Adā requisitus de culpa attribuit sociæ Euæ: ipa re quisita, attribuit serpenti dicēs. Serpens decepit me, ꝓpter qđ immediate de paradiso electi sunt Gen. iij. Aliqñ etiā quis defendit pctū suū: puta rōnibus ostēdēs se bñ fecisse Et i his q̄ sunt determinata ab ecclesia: vt velle, defendere vsurā q̄ cōmittif sub noīe depositi vel discretiōis nō esse pctū: aut fornicationē simplicē: & hmōi: ptineret ad hęresim. Defendere etiā culpā aliorꝝ grauis supbia est. Vñ Isi do. Qui cōsentit peccātibus & defendit aliquē delinquentē: male dictus erit apud deū & hoies: & corripiet increpatione seuerissima. xj. q. iij. c. j. qui cōsentit. Vnde & Anastasius. ij. ga voluit defendere Photinū hæreticū diuino iudicio percussus est vt habet dist. xix. Anastasius. Secūdū Bernar. sic oritur iste ex præcedēti. Qui prōptus ad oīa' se consueuit ingerere: impossibile est aliqñ non errare. Ad prelatū aūt pertinet errantē arguere: sed quō culpa suā confitebitur q nec esse putat, ꝓterea cū culpa nō putatur crescit non amputat. Multis modis fiunt excusationes in pctis. Aut em dicit qui se excusat aut non feci: aut feci quidē et bene feci: aut si male non multū aut si multū nō mala ītētione. Si aūt & de illa quincit: aliena se nitit excusare suasiōe. Sed q aptas defendit quō occultas & malas cogitationes cordi suo aduenientes humiliter reuelaret abbati.

Simulata cōfessio.

§. XII. NONVS GRADVS SVPER

bię est simulata cōfessio: cū. s. qs cōuictus & manifestatus de aliquo excessu cū videt locū non esse excusatiōis fatet & ostēdit signa magnę humilitatis & emēdationis: quod ficte agit vt reputet vere, cōpūctus & correct⁹: ad qđ facit qđ ait Chryſ. Quis aliqñ vidit clericū cito pœnitētiā agētē: & si deprhēsus humiliauerit si. s. cōfitēdo, culpā nō delet: qa peccauit: sed cōfūdit qa pdidit gloriā suā. de pœ. di. j. mēsurā. §. qs aliqñ. Ad simulatā etiā cōfessionē, primet ꝙ quisq̄ confessione sacramētali reticeat aliqđ mortale pre verecundia qđ mēti occurrit: in quo mortaliter peccat, ꝓpter irreuerētiā sacramēti: & ex supbia, pcedit: dū vult videri iust⁹ i eo qđ tacet malo: q peccator est vt dicit Gratia. de pœ. dist. j. §. taciturnitas. De quadā muliere legif q erat magnę sapiētię: cōsilij & sanctitatis. Hęc lapsa in pctm carnis: cuius hoc toto tēpore vitę suę defleret & pœnitētiā ageret asperrimā: tū qa noluit confiteri defuncta apparuit cuidā sibi nocte reuelās se, ꝓpter hoc damnatam ad gehēnam Bernū. vero sic ait: ostēdēs quō ex præcedēti hęc oriat⁹. Nō nulli qa a peritioribus⁹ arguuntur considerātes ꝙsi se defendere non crederetur eis: subtilius inueniūt argumenti defensionis

defensionis: verba respondentes doloſę cōfessionis: vult⁹ dimittit: ꝓsternitur corpus: aliquas lachrymas si possunt sibi extorquēt: vocē suspirijs: verba gemitib⁹ interrūpit. Nec solū talis obiecta nō excusat. sed ipse culpā quoꝙ exaggerat. Hęc aūt simulatio sic perpenditur ait Bernū. Vasa figuli, phat fornax & tribulatio vere pœnitentes discernit Qui veraciter pœnitēt: labores pœnitētię non abhorrent Cuius simulata est cōfessio: vna vel leui contumelia aut exigua pœna interrogatū: iam humilitatē simulare nōpotest: murmurat: frendit: & irascitur.

Rebellio.

§. XIII. DECIMVS GRADVS SV

perbiæ est rebellio: nolle obedire supiorib⁹: vt prælatis parentib⁹ & alijs: cōtēnere q̄ mādata superioꝝ. Prouerb. xviij. Impius cū in ꝓfundū venerit pctoꝝ ptēnit. Vbi scię dū q̄ non solū in maioribus ordinati onib⁹ sed etiā in minimis qbuscūꝝ cōtēpt⁹ mortale est. Vñ Bernar. in lib. de dispēsatione & Pręcepto dicit. Neglectus vbiq̄ culpabilis: neglectus vbiq̄ dānabilis. Et Anterius papa ait. In lege veteri habef: ꝙ qcūꝝ facer dotibus non obtemperasset aut extra castra positus a populo lapidabatur: aut de glaudio subiecta ceruice cōtēptū expiabat cruore. Nūc⁹ o inobediens spūali aiaduersione trucatur. i. pœna dānationis æternę: aut eiectus de ecclesia rabido dęmonū ore decerpitur. xj. q. iij. absit Pharao rex ęgypti qa cōtēpsit mandatū dñi pmanēs in sua ptinacia & duritia demū submersus est in mari rubro. vt habef Exo. xiiij. Bernū. de hoc sic ait. Qui prius arrogās factus socios cōtēpserat: iā patenter inobediēs magistrū etiā cōtēnit. Sciendū tamē ꝙ gradus. xij. intres tm colligi possunt vt in sex primis sit cōtēptus fratrū in quatuor sequētibus contēptus magistri: & in duobus q restant contemptus dei denię: vbi fratrum concordiam: aut magistri sententiā semper monachus spernit: quid vltra in monasterio nisi scandalum facit?

libertas peccādi

§. XIIII. VNDECIMVS GRADVS

superbiæ est libertas peccandi. talis vult esse similis deo: vt. s. libeaqei facere qđ vult. Vñ dicit Ansel. in li. de similitudinib⁹: ꝙ vult esse liber sui & nulli legi subiici: vult auferre coronā de capite dei: qa solū est ei hoc, ppriū vt nulli subiciat: & si ipedit a deo aliqbus tribulationib⁹ vl' obstaculis vt nō possit libere implere volūtatē suā malā: ita scit cōtra deū blasphemat & iniuriat. Huic aūt accidit qđ legit parabolice de, pdigo filio Luc. xv. qui petita a patre portiōe substātię suæ: & accepta. i. libertate suæ volūtatis abijt i regionē longinquā in statū. s. ruens malitię: remotū a deo: vbi dissipat totā substātiā. s. virtutis & gr̄æ a deo habitę & bona etiam naturalia debilitat viuēdo lasciue & seruiēdo dęmonijs. Bernū. de hoc. Per hanc libertatem monachus cū iā monach⁹ nec magistrū videt quē timeat nec fratres quos reuereat: quāto securius tāto liberi⁹ sua desideria implere delectat: a qbus i monasterio tā pudore q̄ timore, phibeatur. Sed & si fratres & abbatē non iā timet: nōdū tamē penitus dei formidine carebit.

Cōsuetudo peccādi

§. XV. DVODECIMVS GRADVS

superbiæ est consuetudo peccādi: & hoc est valde periculosum: qa cōsuetudo: vt dicit pbs: est quasi altera natura. Vñ sicut naturalia tolli nō pñt ita & cōsuetudo valde diffi culter tollitur verum qa natura nō est sed quasi ideo resisti potest: & si cū difficultate: inducit em habitū qui est dispositio de difficili mobilis a subiecto: tū remoueri pōt. Vñ & Lazarus mortuus & sepultus cū difficultate fuit suscitatus. i. cōcurrentibus pluribus actibus q̄ in resuscitatione aliorꝝ mortuorꝝ a christo. Nā & fleuerūt sorores & orauerūt, ꝓ ipso: & turba & xps fleuit ac clamauit. Significat autē Lazarus mortuus & sepultus peccantē ex cōsuetudine fm Augu. dū. s. mala cōsuetudinis quasi mole prēmit animus de pœ. dist. ij. c. sicut tribus. Nec tū tali cōsuetudo excusat vel minuit pctm. sed potius aggrauat. Vnde Grego. Tāto sunt grauiora pcta quāto diutius aiam infœlicē detinēt alligata. est de cōsue. c. cū tāto. Bernū. ꝙ sic ait. Post q̄ terribili dei iudicio pria flagitia impunitas sequtur: experta voluptas libēter repetitur repetita blāditur: cōcupiscētia reuiuiscit: sopitur rō: ligat cōsuetudo: trahif miser i, pfūdū malo⁹: tradit⁹ captiu⁹ tyrānidi vitioꝝ: ita vt carna lis voragine desideriorꝝ absorpt⁹ suæ rōnis diuinię timoris oblitus: dicat in sipiēs in corde suo. Non est deus.

¶ De superbia in quadruplici genere hoīm: scilicet in prelatis: in religiosis: in clericis & in laicis: & i singulis horū est quadruplex superbia. Capitulum. IIII.

MON HABITABIT IN MEdio domus meę qui facit supbiā inqt Pā. c. Domus dei ecclesia sancta ē. vt dicit Hiero. xxiij. q. j. oib⁹. Mediū ei⁹ est vnitas & charitas fideliū: qa in medio cōsistit viri⁹. In de mo ergo est: sed nō in medio q in ecclesia est numero & nō merito: sed in medio qui in charitate & omni virtute per quā posimodū habitat in domo glorię cœlestis. de qua loū. xiiij. In domo p̄ris mei mansiones multę sunt. Superbus autē qa nō habitat in medio domus. i. in charitate nō potest puenire ad cœlestē gloriā. Superbiā autē facit. i. operatur quadruplex genus hoim. Et hi a regno excluduntur.

¶ Prima est superbia prelatorum.

¶ Secunda est superbia religiosorum.

¶ Tertia est superbia clericorum.

¶ Quarta est superbia laicorum.

Supbia prelatorum.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

scilicet de supbia prelatorū. i quatuor aūt reperif supbia in prelatis. Primo in hoc ꝙ estimantes meritis suis tuisse adeptos: & subditis suis meliores se esse arbitrātur. Vnde Greg. in. xxxiij. moral'. circa fi. sic ait. Prelato in cogitationibus superbia suggerit: qa solo vitę merito sup cæteros excreuit: & si qua ab eo aliqñ bene gesta sunt hęc importune ei⁹ alio obiicit. & cū hūc singulariter deo placuisse insinuat: quo facile suggesta suadeat: ipam ad testimonium ptātis traditę retributionem vocat dicēs: qa nisi oipotēs deus te his oībus meliorē cerneret: oēs hos sub tuo regimine nō dedisset: etiscę mentē mox erigit: vi les atcꝙ inuitles eos q subiecti sunt ostēdit: ita vt quasi nullū dignū respiciat cui equanimiter loquat: vñ & mox mētis trāquillitas in irā vertitur quia dū cūctos despicit sensum vitāc⁹ oim sine moderatione reprehēdit. hęc ibi. Sed quātūcūꝙ quis sit certus ꝙ de volūtate dñi sit ꝓpositus alijs & videatur sibi bñ administrare: nunq̄ tū pōt esse bene securus si debitū suū faciat: nec alijs se debet prefferre: q̄tidie, ptingit multos subditos meliores simpliciter esse prelatis: nec sanctiorē dicimus Sixtū Laurētio. qa Sixtus papa: ille diaconus eius. Aut pfectiorē Valeriū epm Vincentio diacono eius. Et cui Apl's dicat ad Rom. xiij. Non est ptās nisi a deo, verū est, sed operāte quo ad bonos: sinēte seu permittente quo ad malos. Vñ Hiero. Audacter forte aliqd dicimus: sed nū qđ scriptū est dicim⁹: nō semp princeps populo & iudex eccl'ię p arbitriū dei. i. beneplacitū dat: sed, put merita nostra deposcūt. vij. q. j. audacter. Et ponit exēplū de Saule q deo ordinante fuit factus rex populi Israel: et bonus erat: & tū postea reprobus factus est: vt habetur. j. Reg. xv. Sic & Hyeu iūctus est rex Israel p discipulū Helisei dño iubēte. Et cui⁹ impleuerit mandatū dei in exterminādo domū Achab & omnē progeniē eius & ꝓphetas Baal tū idololatrię deditus reprobatus est: vt habef. iiij. Regū. x. propter qđ vt dr Iob. xxv. Gigātes gemūt sub aquis. i. viri fortes & magni sanctitate sub cura pp'orū ingemiscūt: timētes semp deficere: vt exponit Grego. Secūdo supbia prelatos inuadit in hoc ꝙ tāq̄ dñi volūt in oībus a subditis obediri & reuereri magis dolētes de transgressione suarū ordinationū etiā circa leuia cui⁹ de trāgressione diuinorū pręceptorū. Cōtra hos dicit apl's Petr⁹. Nō quasi dñantes in clero: sed forma facti gregis ex aīo. Nec pietate vlla mouētur in defectibus subditorū: sed seueritate. De qbus dicit Grego. in homil'. Hi qui de falsa iustitia superbire solēt cęteros quoscūꝙ despiciūt: & nulla in sumātibus mia cōdescendūt: & quo se pctōres esse nō credunt eo deterius pctōres sūt. dist. xlv. vera iustitia. Intārū aūt aliquādo tales supbia vexat vt eā malis sibi velint obtrēpirari: al's ipsos subditos psequūtur. Hi figurātur p Balaam hariolū q iter faciēs ad malū peragēdū. i. intrēdēs maledicere populū dei: asinā cui insidebat, pgredi nolētē calcaribus vrgebat ad eūdū & mortē minabat. Sed diuino mitaculo asina loquēs arguēs vesaniā illi⁹ dixit se nō posse ꝙa angelus ante eā erat gladio euaginato: vt habef Nume. xxij. Balaā significat prelatos: asinā subditos. Cū aūt pre-

De secūda supbia prelatorū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lati volūt ĩducere subditos suos præcipiēdo:suadēdo:cōminādo ad aliquod malū:ñ debēt obedire:sed humiliter se excusare nō posse:quia gladius verbi dñi qđ angelus.t. ꝓdicator proponit.ſ.diuinæ ſcĕtiæ prohibet:vt exponit Gratia i.q.vii.§.ītē cū Balaā. Tertio pſidētes ſuphia ducūtur q̄n cūcta disponere volūt de capite ſuo dedignātes audire ab alijs q̄ ipſi neſciūt vel ſequi cōſilia aliorū ne minus eis ſapere videātur.cū tñ ſcriptū ſit Prouerb.iij. Ne innitaris prudentiæ tuę.Paulus apls vas electionis edoctus euāgeliū a chriſto poſt viſionē clarā dei miracula ſacta poſt tres annos a ſua conuerſione venit Hieroſolymā ad cōferēdū cū apoſtolis de his quę ipſe prędicabat:vt ipſe refert ad Gal'.vt;em dicit Grego.Si qđ boni habet quæ cūq; eccleſia:ego etiā minores meos quos ab illicitis phibeo in bono imitari paratus ſum.Stultus eſt em̄ qui in eo ſe primū eſtimat.vt bona quæ viderit diſcere cōtēnat.di. xxi.de Conſtantinopolitana.Clemens etiā dicit.Nullus eps propter opprobriū ſenectutis vel nobilitatē generis;a paruulis vel minimis eruditus:ſi qđ forte eſt vilitatis vel ſalutis inquirere negligat:qui em̄ rebelliter viuit &diſcere atq; agere bona recuſat magis diaboli q̄ chriſti membrū eſſe oſtēditur diſt.xxxix.c.nullus De rege Aſſiero monachia legit Heſter.i.q̄ habebat ſeptē ſapiētiſſimos ſcientes leges &iura maiorū quorū cōſilio cuncta agebat. Quarto rectores ſuphia detinētur cū nō paniūtur ab alijs reprehēdi in his quæ minus bene faciūt vt em̄ dicit Eccl'.vij.Nō eſt homo ſup terrā qui faciat bonū&nō peccet:&permaxi me cura rei familiaris ſine pcō exerceri nō poteſt:etiā ab his q nouerūt vitare pēm fm̄ Grego.Oculus q̄ propius quātūcūq; acutus &ſi oīa alia videat ſeipm̄ nō videt.Nō ſic egit Petrus priceps apoſtolorū:ſed reprehēſus a Paulo de nimia condeſcenſione erga Iudæos in obſeruatione legaliū eū audiuit:vt dē ad Gal'.ij.&diſt.viij.veritate.Dauid etiā rex reprehēſus a Nathan propheta de adulterio &homicidio occulto:ſubito acqeſcēſpoenituit. Theodoſi⁹ imperator reprehenſus ab Ambroſio de occiſiōe plurium̄,peracta in vindictā vnius ſui militis interfecti:&,phibitus ab eo eccleſiā ingredi ante publicā pœnitētiā:acquieuit&patienter tulit.Ecōtrario Hieroboam qui manū extēdit cōtra prophetā qui eū reprehendebat de idololatria innuēs vt caperetur aruit brachium.iij. Regū. xiij.Ioas rex iuda: quia lapidare fecit Zachariam filiū Ioiadæ ex eo q̄ vitia eius reprehendebat in multa mala incidit.Cū humilitate tū&treuerētia&prudētia vt fecit Nathā erga Dauid debēt ſuperiores argui.Sed & ſi iniuſte arguerētur cū māſuetudine nō cū indignatione & vindicatione debēt oſtendere innocētiam ſuā.ſicut fecit chriſtus dicēs Iudæis cū in multis calūniātibus.Quis ex vobis arguet me de pctō? Ioan. viij.& habet.ĩ.q.vij.c.teſtes.§.ecce oſtenſum eſt.

De ter tia.

Exēpla de his q reprehē ſionem patiēter tolera uerunt.

§.II.IN RELIGIOSIS QVADRV

Religioſi deſpiciunt ſęculares

plex inuenitur ſuperbia. Prima eſt eorū qui deſpiciūt ſęculares etiam peccatores credentes ſe inquinare ex conſortio eorū.Similes hi ſunt Iudęis qui vt dicit Ioan:xviij,no lebant introire in prętoriū Pilati ne cōtaminarētur:timētes coinquinari cohabitatione infidelū:nec ſibi cōſcientiā facięres de procuratione mortis chriſti innocētis.Contra quos dicit dñs Deutero,xxxiij,Nō abominaberis.Egyptiū:qa&ipſe aduena fuiſti in terra eius,Egyptius interpretatur tenebrę&ſignificat ſęcularē.Ad qđ etiam facit illud Hiero.Diſcedite inquit.ſ.illi qui pſumūt de ſua bonitate ad peccatores polluti:recedite a nobis: nolite nos tāgere:nolite nobis cōmunicare.Hæc locutio nō illuminat ęcum:non ſanat ęgrotū:non curat infirmū:ſed magis occidit:&in deſperationem dęncit,diſtinc.xlv.recedite.debēt quoq; religioſi cōſiderare q̄ aliquādo in ſęculo ſunt aliq habētes meritū & perfectionē religioſorū: &ecōtrario in religione aliqui defides &mali,tenētes vitā malorū&mū danorū.In cuius figurā legitur Ioſuę.iiij. q̄ dñs tranſito Iordane voluit q̄ duodecim lapides de ipſo fluuio ſumerētur&ponerētur in terra ſicca in medio caſtrorū:&ecōtrario duodecim alij de terra extra fluuiū ſumpto ponerent in medio fluuij Iordanis.Iordanis fluuius ſignificat fratū fluidum ſęcularē:&terra arida ſtatum religioſum: ſed in examię rēcti iudicij chriſti mutat merita ordinū qualitas actionū.Quidā in ſęculo faciunt opera religioſorū:&ecōtrario.Exemplum in vitis patrū quo ad primū de Pannutio.

Exēplū de Pannutio.

turpauit. Et Boeti⁹. Quãto maior eſt dignitas tanto deſpectiores improbos facit. Tollit demũ ambitio & preſidentia vel dignitas quietẽ mentis: inducẽs multas amaritudines ꝓmaxime quãdo quęrit vel queſita poſſidet. In cuius figuram Lya dr lippos oculos habuiſſe: qa cum Martha ſollicitat & turbat erga plurima, inde oculus obſcuratur & qes tollitur: quieſcẽdo aũt aia fit ſapiẽs. Hic Greg. Omne qđ hic eminet plus meroribꝰ afficitur q̃ honoribꝰ gaudet: & dũ cor in tribulatiõe ponitur ad memoriã culpa reuocat. ſ. ambitionis. diſt. xiij. nerui. Ber. q̃ſq̃ ſic ait. O ambitio ambitiũ crux quõ oẽs torques: oĩbus places nil acerbius cruciat nil moleſtius inquietat. nil tũ apud miſeros mortales celebri⁹ negotiſs eius. Apte figurant præſidẽtes per operimẽtũ ſuperius tabernaculi dñi factũ de pellibus arietũ rubricatis: qđ cooperiebat aliud cooperimẽtũ preciоſum ipſi⁹ tabernaculi. vt habetur Exo. xxvj. Tabernaculũ dei eccleſia eſt: cooperimẽtũ ſuperius deſendẽs aliud inferi⁹ ab æſtu & imbrib⁹ & pluuijs ſignificat præſidẽtes in eccleſia qui cuſtodiũt filios dei quos tenere diligit perfectione ſuperiores: ab incõmodis & vexationibꝰ multis q̃s ipſi ſuſtinẽt. Vñ Greg. Miſericors de⁹ quos tenere diligit ab exteriorib⁹ actionib⁹ abſcõdit. Nam & pater familias ad eũ laborãmittit ſeruos a quo ſubditos filios ſuſpẽdit: & inde filij ſine vexatione decori ſunt vñ ſerui in puluere deturpãtur. Idẽ in moralib⁹. Ceſſationem a laboribꝰ mundi dñs imperat. Sed veſana mens plus aſſequi aſpera carnaliter q̃ tenere blanda ſpiritualiter gauder. Habentes em mãna faſtidiũt & ſępe deſiderant quę nõ ſine lachrymis comedunt. i. honores & dignitates figuratas per allia & cępas q̃s in deſerto qdam appetebant. Nume. xj. Et ſicut tales ambitioſi hic amittũt quietẽ conſcięti ę ita in futuro quietẽ glorię. Vñ & Chriſt⁹ Ioãni & Iacobo qui per matrẽ Vxorẽ. ſ. Zebędei petierãt ſedere vn⁹ ad dexterã & alꝰ ad ſiniſtrã in regno ſuo. i. primos exiſtere in regno qđ tpale tunc exiſtimabãt ambitiõe ducti. Reſpõdit Chriſtus. Sedere ad dexterã vel ad ſiniſtrã nõ eſt meum dare vobis. Mat. xx. id eſt non cõgruit. ſicut nec alijs ambitioſis. Legitur de Goffredo Priore Clareual'. q̃ cũ ſuiſſet electus in epiſcopũ Tornacẽſem & ab Eugenio pa. & ſancto Bernardo cogeretur ſubire onus: pſtratus in terra dixit. Monachus fugituus eſſe potero ſi hinc me eiicitis. eꝑs aũt nunc⁹ ero: & ſic dimiſſus fuit. Cũ autem prędictus Goffredus mortuꝰ apparuiſſet cuidã charo ſibi: interrogat⁹ ab eo de illo negotio epiſcopat⁹ q̃ nõ acqeuerit iuſſus ſi fuiſſet illud deo placitũ? Rñ. Reuelatũ eſt mihi a ſanctiſſima trinitate q̃ ſi fuiſſem de numero eꝑorũ fuiſſem de numero reproborũ.

§. III. QVANTVM AD TERTIVM

Appetere epatũ an li cear.

Adde bonum tex. i. c. q eꝑatũ vin. q. i. & not. i cli offi cia. lix. diſt.

ſ. permanentiam invitio ambitionis. Hoc notatur ibi, in ſedẽdo in cathedra peſtilẽtię: qđ nõ facit virtuoſus. Cathedra dignitatẽ ſignat preſidẽtiæ. Vñ Mar. xxiij. dixit Chriſtus. Super cathedrã Moyſi ſederũt Scribę & Phariſęi. i. dignitatẽ & officiũ regẽdi & docẽdi ppl'm qđ faciebat Moyſes: renuerũt Scribæ & Phariſæi, Sed cathedra peſtilentiæ dr. qñ per ambitionẽ & preſumptionẽ peruenitur ad eã & indigne retinef. Nã talis prælatio vt morbus contagioſus occidit habẽtẽ: & alios inficit ſuo exẽplo. Sedet aũt in ea qui pſeuerat & qeſcit in tali ambitione excuſans ſe & deſẽdẽs hoc vt licitũ vt ꝓmagiſter in cathedra. Sed vt ait Chriſtus: Ve vobis Phariſęis qui diligitis primas cathedras. Luc. xj. vlic. autẽ dãnationẽ ſportat. Vbi dicit Chriſ. Qui male ſederit ſup cathedrã iniuriam cathedrę facit. Malus em ſacerdos de ſacerdotio ſuo nõ dignitatẽ ſed crimẽ acquirit. diſt. xl: multi. Male aũt ſedet q ambitioſe & vitioſe habet talẽ dignitatẽ vel officiũ & hmõi. Sanguiſugꝰ duę ſunt filię dicẽtes. Affer affer. Prouer. pe. Hę ſunt ambitio & cupiditas q̃ ſemp appetũt honorabiliora & ditiora beneficia & dignitates: & ſic ſedent habituati in hmõi. Sed querit vtrũ appetere eꝑatũ ſit illicitũ: & ſi eſt mortale peccatũ? Et videf ꝓ non. Qui em eꝑatum deſiderat ait apſs. j. Tim. iij. bonũ opus deſiderat: ſed deſiderare bonũ op⁹ nõ eſt illicitũ. nec per ꝓns pctm. ergo &c. Prꝛterea qđ licet ſperare licet & appetere: cũ actus ſpei inducat appetitũ in rẽ ſperatã: ſed licet ſacerdoti ſperare eꝑatũ: ergo & appetere Dicit em Zozymus pa. de ſacerdote. Qui p ſingulos gradus eſt ordinatus debite ſeruatis interſtitijs congruis tem porũ. q̃ ſi eũ ad bonos mores exactior vita ꝓduxerit exin de ſummũ põtificatũ ſperare debebit. i. eꝑatũ. diſt. lxxvij. i ſingulis. Et idẽ diſt. lix. ſi officia ergo &c. Ad hãc queſtionẽ rñdet be. Tho. ij, ij. q. clxxxv, dicẽs. q̃ in eꝑatu poſſunt tria cõſiderari: quorũ vnũ eſt principale & finale. i. eꝑalis operatio. p quã vtilitati ꝓximoꝝ intẽdit. ſm illud ſo. vlt. Paſce oues meas. Aliud eſt altitudo gradus: quia eꝑs ſuper alios cõſtituitur. ſm illud Mat. xxv. Fidelis ſeruus & prudẽs quẽ cõſtituit dñs ſuper familiã ſuã. Tertiũ eſt qđ cõſequẽter ſe habet ad iſtas. Freuerẽtia & honor & ſufficiẽtia tẽporaliũ ſm illud. j. Timo. v. Qui bñ præſunt ꝓſbyteri duplici honore digni habeant. Appetere igit eꝑatũ ratione hmõi circũſtãtiarum manifeſtũ eſt: q̃ illicitũ eũ pertines ad cupiditatẽ & ambitionẽ. Vñ contra Phariſeos dñs dicit Mat. xxiij. c. Amant primas cathedras in ſynagogis. Quantũ ad ſecũdũ. ſ. ad celſitudinẽ gradus appetere epi Gradũ ſcopatũ preſumptionis eſt: vñ dñs arguit diſcipulos pria tũ quẽrẽtes dicẽs. Principes gentiũ dominant eorũ. Vbi Chryſ. dicit q̃ gẽtile eſt primatũ cupere, & ſic gẽtiũ cõparatione iam eorũ eſtuantẽ cõuertit. Sed appetere proximis, pdeſſe ſm ſe laudabile eſt & ỹ tuoſum. Verũ. ga, put eꝑalis act⁹ habet annexã grad⁹ celſitudinẽ: preſumptuoſum videf q̃ aliqs preſſe appetat ad hoc vt ſubditis prodeſſe. Nã ſi gs diceret hoc conſtare per pœnas inflictas & multa q̃ ibi dicunf, et ſiſ põt hoc elici ex his q̃ inuſto arti. ponit. Dicit em allegãs Chriſ. Primatũ eccleſię cõcupiſcere nec iuſtũ eſt nec vtile. Quis em ſapiẽs vult ſe ſubijcere ferentes &periculo talivt det ratione ꝓ oĩ eccleſia niſi forte qui nõ timet dei iudiciũ aburẽs primatu eccleſię ſecula riter. ſ. vt conuertat eũ in ſęculares hęc ille. Sed hoc agere ſcilicet ſ iuſtitiã vel aburi primatu eccliç ſęculariter: mortale videf. Et ſuperi⁹ etiã dixit hoc appetere eſſe vitiũ gẽtile. i. Paganoꝝ: qđ videf eſſe mortale. Sup epiſtolã. i. ad Tim. iij. ſup illud. Qui eꝑatũ deſiderat. idẽ Tho. ſic dicit. Augu. dicit q̃ locus ſuperior indecẽter appetit. Et ratio eſt: qa null⁹ debet appetere aliqđ vltra vires ſuas ñ ſibi ꝓpor

Epatũ concupiſcere nec eſt iuſtum nec vtile.

Preces porrige re, p di gnitate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rionatum als esset stultus. Ille ḡ bene posset desiderare cuius opus esset ep̄atui ꝓportionatū. Ad hmōi autē nullus est idoneus: qa prēlat⁹ ſm gradū & ꝯuenientiā debet oēs alios excedere in cōuersatiōe: & contēplatiōe: ita vt sui respectu álij sint grex Et hāc idoneitatem de se p̄sumere est maxime supbire. ḡ vel appetit circūstātias. i. qđ p̄elat & honoret & habeat potestatē & diuitias: & tunc nescit qđ appetat: qa nō est hic ep̄atus vel ip̄m opus: & hoc est supbire: et ideo nō accipiendū nisi i impositū. hec ille. Supbia aūt ex genere suo est mortale. Ex quo ostēdit magnū esse p̄tm. Ad argumēta rñdet. Ad illud. Qui ep̄atū desiderat &c. Dicit ibi be. Tho. sup ep̄las ꝙ multi ex hoc textu male intelligētes sumpserūt sibi occasiōnē ambitionis, Nō vult ergo dicere ibi apl's ꝙ q̄ desiderat dignitatē ep̄at⁹: desiderat bonū opus. Sed qui desiderat hoc opus qđ est intē dere saluti ꝓximi: ꝙ opus importat ꝰnoie epi. inter prętatur eīs ab epi qđ ꝙ hoc est opus charitatis qđ potest ꝰfieri etiā sine dignitate ep̄ali: cuius habēs illā dignitatē ad hoc ex debito tenea- & supra & scopi tur: nō attendēs ad gradū et diuitias q̄ circūstant nunc illā græce dignitatē ep̄alem quę tūc non erant: qa epi erāt pauperes qđ est nec in honore sed primi ductі ad tormēta. Vñ Aug. dicit tedere. ibi. ꝙ apl's exponere voluit qđ sit eps: qa. i. est nomē operis nō honoris. græcū est em nomē. vide. q. i. qui epatū. Vñ & glos. lo. q arguit ex isto cap. ꝙ possum⁹ appetere epatū ad prodesse alıs nō p̄esse: multū superficialiter arguit: cū in ipso cap. Aug. dicat cōtrariū. s. ꝙ loc⁹ superior i decenē appetit etiā si bñ administrat. Ad sed'm respondet ꝙ spes sumit duplicit. Vno modo ꝓprie & sic includit appetitū rei speratę. Alio modo ſproprie & large pro quadā expectatione quasi certa seu credulitate alicui⁹ futuri euentus q̄ pōt & amari & nō amari. sicut dicere possum⁹ reū cōuictū sperare mortē quā tñ odit nō amat: & sic sumitur spes a Zozymo in. d. c. in singulis. dist. lxxvij. Sicut & Greg. cū videret pp̄m & clerū acclamare in eū poterat sperare patatū ex illis circūstantiis. i. expectare faciendū: & tñ fugiebat & horrebat. vel vt exponit q̄dā glos. super. c. si officia sperare debebit. i. dignus habebit ep̄atu. Nec obstat si dicat. Appetere religionē est licitū: ergo & appetere ep̄atū cū vter. q̄ dicat. ſtatus perfectionis. Nā vt dicit bea. Tho. vbi. ē. alio modo & respectu dr̄ status ꝑfectionis ep̄at⁹: & Epatus dicitur stat⁹ perfecti ōis alio modo religio. Epatus em dr̄ status perfectionis actiue: qa. s. habet alios perficere. s. subditos. vñ supponit iam perfectionē habitam quā nullus de se debet p̄sumere & habet etiā gradum & potestatē supra alios. Sed religio est status ꝑfectionis passiuę: vt. s. via tēdendi in perfectionē vñ nō oportet ꝙ sit ꝑfect⁹ sed ꝙ tēdat ad eam: & in ea nō p̄ficit sed subiect alıs qđ pertinet nō ad honorē sed humiliationē. Ad supradictā cōclusionē facere videt qđ ait Greg. loquens de dignitate epali. s. loc⁹ regiminis sicut de siderantibus est negandus: ita fugientibus est offerendus Et sicut scriptum est. s. ad Heb. v. Nec quis ſ̄ sibi sumit honorē: sed qui vocat a dño sicut Aarō. viij. q. j. in scripturis. Nō autē videtur denegādus hmōi alio impedimēto non cōcurrente nisi ꝓ mortali. ergo illud desideriū videt mortale. Glos. tamen ibi dicit ꝙ intelligitur de desiderantibus ambitiose. s. vt p̄sint ꝓ nō vt prosint: et de importune se ingerentibus. Et ſm hanc glos. & opi. eorum qui dicunt licitū esse preces pro se porrigere ꝓ beneficio curato si al's sit dignus. De quibus habes in. §. seq. licitum esset desiderare episcopatum vt prosit: quod tamē vnus de mille nō facit de modernis. Sed ex supradictis etiam hoc illicitum & ambitiosum & p̄sumptuosum est.

Vtrum appetere bene rata ista dignitatē ep̄alem vt abbatiā: prioratū: decanatū peccatū tale? Et videt ꝙ nō: qa qđ nō est ꝓhibitū aliquo iure immorta- telligit esse cōcessū. xiij. q. ij. hebrō. Sed ista nullo iure, phi le. benē ergo vt licita cōcedunt. Contrariū huius videt esse rei veritas. Et ratio est. qa vbi est eadē ratio: ibi et idē ius. Nā de similib⁹ idē est iudiciū. ar. dist. v. ad eius. Sed ratio quare est illicitus & mortalis appetit⁹ epatus est propter curam quā habet annexā: qa p̄sumptuosum nimis est vt quis se reputet idoneū ad regendum alios aliorū. Sed eadē ratio est in quolibet p̄dictorū: qa. s. in oib⁹ est cura anne-

§. IIII. QVAERITVR ETIAM

xa, nec differūt ab epatu nisi ſm magis & minus: quia videlicet ep̄s habet curā vniuersalē sue dioceſis: sed in p̄dictis officijs cōstituti habēt curā partialē: videlicet vni⁹ parochię vel vni⁹ collegij: talia aūt nō diuersificāt speciē: sed quātatē p̄ti. Sicut appetere suari vnū florenū ē eiusdē speciei cū appetitu furandi mille: licet sed'm sit grauⁱ⁹ peccatū, ꝓpter maius nocumētū intrētū. Sic in ꝓposito maior vtię p̄sumptio & ābitio tāto ē quāto maior cura & maior gradⁱ est annex⁹ dignitati vel beneficio quod appetit tū vtrobię appetitus mortalis. Prēterea si aliqđ ꝓ p̄dictorū petere est mortale: & illud appetere erit mortale: sed petere quodlibet p̄dictorū est mortale. Nam ſm Tho. Ray. Host. & Gof. petere ꝙ se aliquid eorū etiā si al's sit dignus inducit simoniā: quia sunt preces ꝓ indigno rōne p̄sumptionis. ergo & appetere erit mortale: cū simonia sit mortale. Et ad cōfirmationē hui⁹ cōclusiōis vident facere plura dicta ſctorū. Dicit em Chryso. Qui desideraverit primatū. i. dignitatē vel prælaturā in terra: inuenier confusionē in cœlo, nec inter seruos Christi ꝓputabit qui de primatu tractauerit. dist. xl. c. multi. §. qui desideraverit. ſ Null⁹ autē inuenit cōfusionē in cœlo aut ſeparat a ꝓsortio seruorum christi nisi ꝓpter mortale. ergo &c. Itē Leo pa. Principat⁹ quē aut seditio extorsit aut ambitu occupauit: etiā si actibus suis vel moribus nō offendat: ipsi⁹ tū initiū sui est pernicios⁹ exēplo. j. q. j. principatus. Sed nō dicit pernicios⁹ nisi mortale ergo &c. Itē Greg. Sicut is qui murā⁹ reuit: requisit⁹ refugit est sacris altaribus admouendus: ita q̄ vltro ambit & ſponte se ingerit est remouend⁹. j. q. vj. sicut. Sed null⁹ est remouēdus a ꝓmotione nisi ꝓpter mortale. ergo &c. Itē cura aiarū non pōt exerceri licite & absq̄ mortali sine gr̄a. s. in celebrādo: administrādo sacramēta officiādo eccleſiā soleniter. Nullus aūt pōt esse certus ex se habere gratiā. Cū ergo frequēter & quasi cōtinue habeat ista ꝓfacere: videtur spote se periculo mortalis p̄ti exponere. Hāc rōnē videt tāgere. b. Tho. in quodlibet. Si autē per superiorē ponat ad p̄dicta: videtur satis excusari. q̄ a necesse habet obedire. Sciendū aūt ꝙ id qđ dictū est supra. s. ꝙ nō licet petere beneficiū curatū absq̄ vitio simonię ſm Tho. & alios: aliq nō tenētur vt Ber. in glos. Guil. glos. Ray. & VI. in opere suo. Dicūt em hoc esse licitū si al's sit dign⁹ Qđ si verū ēt: certe etiā licitū esset appetere. & idē de epiſcopatu. Ad autoritates aūt forte respondērēt ꝙ intelligūtur qñ hoc appetit vt p̄sit: nō vt prosit, vel qñ hoc quærit ꝓ indebita media vt per potētiā sæcularē vel munera & hmōi. vel qñ al's est indign⁹: nec requirit certitudo sciētię: sed sufficit certitudo ꝓbabilis cōiecturę de hoc ꝙ sit in gratia. sicut exigit in susceptiōe sacramētorū: debita. Hanc opi. sequi vident curiales. Sed quia doctores qui cōtrariū dicūt sanctitate & sciētia theologię & iuris sunt longe prę stantiores. ideo nō videt tuta prædicta opinio nec sequēda. Dici tū forte posset ꝙ q̄ intēderet deo seruire in clero non ꝓpter honores maiores consequēdos & diuitias q̄ in sęculo: sed quia status iste melior est ꝙ sęcularis & diuinis applicat⁹ & magis sibi gratus & in eo positus apperit sibi ꝓ uideri de beneficio a superioribus: vel etiā petit vt possit ſm cōditionē suā sustentari: nō ad pompā sed ad decentiā nō habēs intentionē ad curā nec ad honorē & grad⁹ & pin gui⁹ beneficiū: sed ad sui gubernationē: ita cōtrarius de simplici beneficio sicut de curato: dūmodo sibi sufficiens esset nō peccaret. Apperit ei & quærit qđ est de iure diuino debitū: videlicet. Qui altari deseruit de altari viuere debet: vt ait apl's. j. ad Co. ix. Quod licitum est cuilibet. & q̄us cura annexa sit ei qđ sibi cōfertur: oculus tū eius nō est ad hoc principaliter: sed ad sustentationē sibi debitā ex seruitio eccleſię. Illud aūt scilicet ꝙ sit curatū est accessoriū & ꝓ accidens. Et accessoriū naturā sequi congruit principalis. de reg. iur. lib. vj. c. accessoriū. Sed principale intentū scilicet sustentatio sui videtur licitū. ergo & qđ inde sequitur nō aliquid illicitū adiungēdo. Ad argumētū respōdetur negādo illud scilicet ꝙ hoc appetere nullo iure, phibeatur ꝓhibetur enim in illo mandato diuinæ legis. Iuste quod iustū est exequeris. quo mādato intelligit⁹ ꝓhiberi indebita procuratio vel ministratio sacramētorū vel executio spiritualiū & hmōi. Itē ꝓtra illud ad Heb. v. Nec sibi quis ſ̄ assumit honorē: sed qui vocatur a dño &c. Videtur etiā hoc esse contra eius naturale ꝙ aliquis quærat onus supra vires suas. Verum circa principale quæstitum huius qu.e

stionis &

stionis & p̄cedētis. s. de epatu vtrū sit mortale illa appetere: qa vt dicit Tho. ī quodā quodlib. quæstio de mortali vbi nō reperit⁹ expl̄sa autoritas scripturæ vel determinatio eccleſię non nisi periculose diffinit: determinatio iudicio sapientū relinquat. Ad argumentū aūt factū i contrariū posset respōderi dupliciter. Vno modo ſm opinionē illorū q̄ dicūt nō esse illicitū porrigere p̄ces ꝓ se ꝓ bñficio curato: si al's est dign⁹ videlicet ꝙ nō est mortale, ꝓcurare epatū ꝓ p̄ces. Vñ nec etiā appetere. Alio modo tenendo opinionē bū Tho. & sequaciū. s. ꝙ illd sit illicitū & simoniacū, & ſm hāc opi. respōdebit ꝙ appetit⁹ deliberat⁹ eius cui⁹, ꝓcuratio & actus exterior est mortalis, ē mortale hoc est verū qñ appetit⁹ & ꝓcuratio sunt circa idē: qđ nō est in ꝓposito. Nā ꝓcuratio est ꝓ preces appetit⁹ aūt est simpliciter vñ & sine p̄cib⁹, ꝓ nīs pōt esse. Sed sīgs ita appeteret ꝙ etiā p̄ces est parat⁹ porrigere ꝓ se. tūc appetitus & ꝓcuratio essent circa idē. & tūc ſm illā opinionē videt mortale. Ad illud aliud. s. cum dr̄ ꝙ si in petitiōe est mortale: & in appetitione erit etiā mortale. Rñderi pōt ꝙ non est semper verū. Nā licet mihi appetere ꝙ Petrus gratis & liberaliter det mihi duo, ꝓ mutuo facto sibi gratis & liberaliter: & tñ hoc petere vsurā saperet. Ad auctoritates iam respōsum esse videt: vel posset dici etiā ꝙ dictę sunt ad exaggeratiōnē cū mihi adhuc remanet materia dubia. & iō Cōclo. cauendum. Quærere ergo aut appetere hmōi curata principaliter, ꝓpter honorē & diuitias quæ inde sequunt hoī bus videtur esse mortale. Et ratio est: qa est cōtra ordinem charitatis. Nā non solū dilectio dei & ꝓximi est in ꝓcepto sed etiā ipe ordo dilectiōis ſm Tho. ī. ij. q. xxvj. Est aūt de ordine dilectionis vt diligat prius salus aiarū q̄ corpora: sed hūc ordinē talis peruertit p̄ferēs tēporalia q̄ ordinātur ad corpus. s. diuitias & honorē saluti aiarū quę exercetur per curā. Prēterea dist. ñ. c. qui i aliquo crimine. Ponit Cas⁹ cō cōcilium Toletanū pluralitia & impedimēta canonica a siū To qbus debet esse immunis ꝓmouendus in epatu. Et iter cę letani i tera hoc ponit. Qui ambitu honorem quęrūt: cōcludēs ꝙ qb⁹ ali ordinator eorū q̄ habent talia vitia debet puniri cum ordi qs est i natis: qđ nō esset mortale esset ergo &c. Præterea abu munis ti re ex quo abusu verisimiliter pōt sequi periculum salu agmo- tis aiarū videtur esse mortale qa cōtra charitatē. Sed hmōi tiōe ep̄a- quærere vel appetere modo dicto est abuti illa re. s. dignita tus. ¶ tis vel beneficij: qa illa principaliter sunt ordinata ad procurandū salutē aiarū non ad tpalia. Et ex hoc abusu verisil'r sequit periclitatio aiarū & ideo videt esse mortale. Nā ne displiceat subditis vel dūis tpalibus. & per ꝰnīs amittat talia beneficia. vel cōsequatur alia icōmoda mūdi nō curabit de correctione subditorū vel admonitiōe eorū: vl' subtractione sacramētorū cū expediret. Talis vt mercenarius cū viderit lupū inuadentē gregē fugiet tacēdo: & lupus rapiet & disperget oues: vt dr̄ Io. x. Et hoc est sal infatuatum ſm Aug. s. cū quęrunt tpalia in cura ppl'orū principaliter. qđ ad nihilū valet nisi vt mittat foras & conculcet ab hoībus. vt habetur Mat. v. ergo &c. Prætera i repentinis hō operatur ſm finē p̄stitutū & habitū p̄cēceptū. Tali autē frequēter occurrūt ea qbus repēre oportet, puidere in foro cōscientię rōne curę: cū aūt finis p̄stitutus in eo sit tpalitas & in eo sit habituatus ſm illud iudicabit & male. & sic exponit se periculis pctōrū mortaliū. Prēterea cū qs p̄cipua opa spūalia ordinat ad tpalē vtilitatē videt cōiter ibi cōstituere finē. & per ꝰnīs est mortale: qa auertit ab icō mutabili bono: & cōuertit ad cōmutabile bonū. Sicut cū quis opera de genere bonorū cōiter vt ieiunia, eleemosynas, & hmōi facit ad hūc finem principaliter vt laudet ab hoībus Sed hoc talis facere videtur. Nā quę maxime sunt spūalia. s. exercere curā itendit & ordinat ad honorē & diuitias. ergo ꝓstituit ibi finē: & ꝓ ꝰnīs peccat mortaliter. Ad hoc facit qđ ait Aug. ad Valeriū: videlicet qđ nihil i hoc mūdo tristius: miserabili⁹ & dānabilius epi vel ꝑbyteri vel diaconi dignitate si pfūctorie. i. negligēter & adulatorie res agat. dist. xl. c. ante oia. Prædicti oēs tūc ponehanf in cura vel adiutorio curę vt diaconi: & cū tpalitas quærit principaliter: pfunctorie & adulatorie agit cura ergo &c. Multo magis ſm oēs peccat mortaliter: q in dignus vel ꝓpter ignorantiam crassam vel, ꝓpter malā vitā: vel, ꝓpter impedimentū aliquod canonicū: vt ętatis vel irregularitatis & hmōi appetit vel quęrit talia. Talis em facit cōtra iura diuina & canonica. Facit em cōtra regulā apostolicā

Si licet officiū sęculare petere.

§. V. SED QVID DE OFFICIIS & dignitatib⁹ sęcularib⁹ si apperant & petant &, ꝓcurētur ꝓ p̄ces & obsequia: vt officiū p̄æris senatoris, capitanei vexilliferi, priorat⁹ ciuitatis, & alıs hmōi nūqd est p̄tm? Rñsio: ꝙ sī qs hmōi appetat vl' ꝓcurat magis curās de honore & lucro ꝙ de iustitia ſuāda, vñ & parat⁹ seruire amicis in licitis & i illicitis & lucrari ꝓ fas & nefas & deuiare a iure ne displiceat magnis nec punire crimina vt debet, vnde⁹ meraliter peccat faciēs cōtra illud Sap. i. Diligite iustitiā qui iudicatis terrā. Similiter si ignorat ea q̄ spectant ad executionē debitā dicti officij: nec ꝓ alium iuuari potest: vt per assessorē. In laicis em intolerabilis videt ignorātia, dicit Leo dist. xxxviij. c. si in laicis. Et loquit de rectoribus. Sīr si paratus est se intromittere de his ad quę sua potestas nō se extēdit q̄uis ibi cōsueuit fieri: pura si laicus velit de clericis iudicare vel de eccl'asticis disponere quod eis ꝓhibet: dist. xcvj. p totū. Si aūt intēdit seruare in oīb⁹ & administrare iustitiā in agēdis: saltē per practicā cōpetenter edoctus: & in dubijs intēdens consilia quærere. illa tū quærit & propter honorē mūdi & ne despicabilis habeat nō participādo officia ciuitatis vt cęteri: vel vt inde lucrū conseqđ quo se & familiā valeat sustētare & hoc per salarium deputatū & alia ꝓfueta: vt de pœnis pecuniarijs & litigijs nil extorquēdo a subditis vltra cōstitutū. s. apportionē lignorū & victualiū & hmōi. humana tēptatio est: nō tamē condēnandus. Et multo magis cum ista quærūt ne priuari his cōculcentur a cæteris: & imponātur ei onera grauia & importabilia. Si qs aūt hoc faceret ad obuiandū malis ze lo iustitię deū non hoies timēs: quis est hic & laudabimus eū? Tut⁹ tamē esset extra hmōi esse qa difficile est i hmōi. officijs quę ibi, ꝓnunf malis multis resistere & opponere se torrenti. Ad qđ tamen tenetur quantū i eo est quia vt dicit Inno. Nō caret scrupulo societatis occultę q̄ manifesto crimini desinit obuiare. di. lxxxiij. error. Ad mentē ēt reducendum: qa iudiciū durissimū fiet his q̄ ꝓsunt. vt Sap. vj. dr̄. Qui autē sunt malę vitę periculose se ingerunt ad talia & multo magis qui etiam malę famę. Difficile est em vt habituati in malis nō deficiant in multis. Vnde & Leo papa dicit ꝙ ad honores mūdi sine suffragatione tēporis: sine merito laboris indignum est peruenire. Et notari ambitus solēt. i. ambitionis vitio quos probitatis documenta nō adiuuant. dist. lxj. miramur. Dicit em Zozimus papa. Officia sęcularia principalem locū non vestimus bulū actionis ingressis, i. nouis in hmōi: sed per singulos gradus examinatis deferūt. dist. lix. c. si officia. Et licet magis examinatis deferūt. dist. lix. c. si officia. Et licet gradus examinatis deferūt. dist. lix. c. si officia. Et licet magradus examinatis deferūt. dist. lix. c. si officia. Et licet magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad hoc vt sit licitū. Primū q̄ sit idoneus ad docendū. Secū dū q̄ intēdat nō excellentiā principaliter sed cōmunicare doctrinā. Si ergo aliquod horū defuerit: nō licitū sed pctm̄ erit per argumētū a cōtrarijs: vt di. xxv. qualis. Si ergo nō sit idoneꝰ: nec etiā competēter: p̄sumptuosus erit: & vi-dek esse mortale qa p̄ intēctionē ordinatiōis eccl̄ię. Ab ecclesia ei credit institutū tale officiū magisterij: vt extra de magistris: p totū. & ad defensionē & declarationē catholi-cæ doctrinę vt sciāt hoies ad quos in dubijs de iure debeāt habere recursum: & vt doctrina catholica publice doceat. Et q̄ sit intēctionis eccl̄ię q̄ nō admittat ad tale magisteriū nō idoneus patet ex hoc qa iurāt cōiter magistrādi q̄ nō admittēt ineptos ad illud. Iuramētū aūt nō exigitur extra ordinationē eccl̄ię nisi i arduis q̄ę vult oīno seruari: qd̄ videt in hmōi esse verū. Nā ex cōtrario sequit deriſio ca-tholicę doctrinę & periculū aiarū. Nā simplices audito no mine magistri ad illū accedēt. p cōsilio in dubijs cōsciētię vel p declaratione scripturę sup quo quesit? erubescēs ta-cere ne ignarꝰ videat rndebit sm ignorantiā suā. Vñ & In no. dicit. Miserū est eū fieri magistrū qui nūq̄ fuit disciplu lus. dis. lxi. Et Zozymus papa. Quis tā arrogās tā impu-dēs inuenit: qui in ecclesti militia q̄ propēsius pōderāda, est: & sicut aurū repetitis ignibus explicāda est: statim dux esse desiderat: cum tyro ante nō fuerit: prius velit docere q̄ discere. dis. lix. si officia. Merito aūt potest dici hmōi magi sterij militia: qa docēdo & disputando debēt vsq; ad mor tē pro veritate certare. Accidit aūt de hmōi imperitis ma-gistris qd̄ dicit Leo papa. videlicet q̄ magistri existūt er-roris qui veritatis discipuli nō fuerunt. xxiij. q. iij. c. quid aūt. Nō videtur igitur talis dānationē euadere qui mani-feste ineptus & insufficiēs illud quęrit & appetit nec eos qui illū admittūt cū periuri inueniant. Quāta aūt sciētia requirat ad hoc vt possit idoneus iudicari: arbitrio ipsoꝝ peritorū relinquat. Si aūt idoneus q̄ ad sciētiā existat: sed hoc quęrat nō ad cōmunicādū sciētia: sed principaliter ad honorē sui & nō dei: & magis ad tpalia acquirendū & exē ptiones habēdas & libertatē. Videt em̄ grauiter & morta liter peccare: quia officiū spūale facit venale. Ad qd̄ opti-me facit quod dicit Beda: videlicet. Venditores colūbarū sunt hi etiā qui gradū vel gratiā in ecclesia spūalem quam dño largiēte perceperūt nō simplici intentione: sed cuiuſ libet humanę causa retributiōis exercent. p̄ illud Pe. apo-stoli. Qui loquitur quasi sermones dei & qui ministrat tā q̄ ex virtute quā administrat deus. et vt in oībus honorifi cetur de⁹. Quicūq; ergo tales sunt si veniente dño nolunt de ecclesia auferri: auferant ista de actibus suis. i. q. iij. c. nō solū. Nō auferetur aūt quis de ecclesia nisi p̄ mortali ergo &c. ex quo intēdunt talē gradū propter temporalia exer-cere. Et pertinere videtur huiusmodi vitiū ad ambitionē & cupiditatē quę maxime debent esse remota a clericis: & multo magis a religiosis. Vnde Symmachus pa. Nullus per ambitionē ad honorē permittat accedere nam cū hic excessus in laicali cōuersatione culpetur: quis dubitat quī religiosis & deo seruientibus injiciat opprobriū. i. q. i. nul lus. ŋ. Vnde & saluator dure inuehit contra Scribas & Phariſeos de hoc inter cætera q̄ amant vocari ab homini bus Rabbi qd̄ interpretatur magister. Mat. xxiij. & nō vi-detur verisimiliter hoc egisse de venialibus culpis. Cæte-rū attenta ambitione moderni tēporis qua oēs currūt ad magisteriū: docti pariter & indocti & nō recta itentiōe: cre do laudabilius fore hmōi fugere qui docti sunt ad fusticiē tiam & abstinere q̄ quærere ad reprimendā temeritatem eorū qui per fas & nefas ad talem gradū ascendunt: & tol lendū subterfugiūt excusationis eorum cum viderent p̄ bos talia quērere: sicut plures fecerūt vita & scientia clari. Et ꝑ nisi obedientia eos cogat. tūc ei cū Hiere. i. se excusān te demū parēdū est. vii. q. i. i scripturis. vt hea. Tho. fecisse legit. Ad argumenta respondetur. Prohibuit Christus ali quē vocari magistrum ea intentione ne quis existimaret illuminationē mētis quā quis percipit ex doctrina magi stri sibi ipsi tamq̄ magistro principaliter attribuere: cum ipse Christus solus deus sit magister qui illuminat omnē hominē venientē in hūc mundū. Ioā. i. id est sine quo nul lus illuminatur. Ad illud Iacobi respondetur q̄ intel ligit de his qui ex ambitione hoc quærunt & p̄sumptione. Vnde ibi glos. Nisi discreti & in scripturis docti.

Sciētia quātare grat ad magi sterij.

§. VII SCIENDVM ETIAM VI

tium ambitiōis reperiri circa exteriorē cultū. s. ornatꝰ cor poris & apparatus. Vñ dr̄ Act. xxv. c. q̄ Agrippa & Ber nice cū ambitione multa. i. apparatu introierunt in preto riū. & ii. Paral'. xvi. dicitur q̄ super corpꝰ Aza regis Iuda mortui combusserūt aromata & vnguenta ambitione ni mia. Sed vt dicit Tho. ii. q. cxxx. ar. i. hoc nō est nisi sm̄ q̄ cultus exterior pertinet ad honorē. Prę sumptuosus em̄ ambitiosus & arrogās. Primo quidē ignorant seipsos in quantū dignificāt se bonis plꝰ q̄ sint digni. Secūdo sunt inspientes vel p̄sumētes inquātū conantur ad honora biliora & alta. quę sunt supra ipsos. Tertio indebite vtū tur eis. Demū quando non possunt perficere redarguunt & ab alijs & a propria cōscientia. Et cum non possint ha bere honorē in virtutibus & in magnis factis volunt ho norari per fortunas. Vnde ornāt se vestibus & cōponunt figuras corporis sui vt decentes videantur & volūt q̄ bo næ fortunę eorū sicut diuitiæ & hmōi sint manifeste alijs vnde & ipsi dicunt & narrant fortunas suas vt inde hono rentur. Non tamen ambitio est circa exteriorem ornatū vel fortunam: nisi secūdum q̄ hoc pertinet ad honorem. Tho. & Alber. in commento super libro Ethicorum.

Ambitio i ex teriori cultu.

¶De p̄sumptione. Cap̄. VI.

PRAESVMPTIO SVMITVR multipliciter. Aliquādo em̄ ponitur pro proba tione semiplena in iure. & sic dicitur in reg. iur. q̄ semel malus semp̄ p̄sumitur malus. et de reg. iur. lib. vi. cū suis concordātijs. Aliquādo sumitur p̄ quadā bona cō fidentia. & sic accipitur Iudith. vi. Benedictꝰ es dñe qui nō derelinquis p̄sumētes de te. & dist. iii. c. deniq̄. dicit Greg. q̄ mulier quę fluxū sanguinis patiebat: Christū p̄sum pſit tangere. i. deuote cōfidit propter sanitatē habendam. Aliquando sumitur pro vna ex speciebus blasphemiæ in spiritū sanctū qua quis indebite sperat dei misericordiam ꝑsequi permanendo in peccatis. Aliquādo sumitur prout opponit magnanimitati & est species superbię. Et de hac alijs modis acceptionis omissis nunc̄ hic agitur. Et pōt de scribi sic q̄ p̄sumptio est virtū quo quis aggreditur vel exequitur ea quæ supra facultatem suam sunt & conditio nem. Pro cuius declaratione sciendum est q̄ magnanimi tas est virtus moralis tendens ad magna opera & magnos honores: sed sm̄ rationē & sm̄ virtutem suā & dignitatē. huic autem virtuti opponitur aliquod vitiū sm̄ defectū: & aliquod sm̄ excessum sicut & in alijs virtutibus morali bus. Et sm̄ defectum quidē opponitur vitiū pusillanimi tatis quo quis retrahit se ab his bonis quibꝰ est dignꝰ vel aptus: dum. s. nō conatur ad operandū ea quæ sibi compe terent secundū statum suum. & hoc prohibetur Eccli. vii. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Sed p̄ excessum op ponit magnanimitati p̄sumptio & ambitio: sed diuersis modis. Nec est incōueniens vni virtuti opponi plura vi tia sm̄ diuersos respectus. Vitiū em̄ ambitionis opponit magnanimitati inquātū inordinate tēdit ad magnos ho nores et indebite vtit eis: qa nec ad debitū finē nec debito modo. Sed magnanimitas tēdit ad illa ordinate & debito modo. Vitiū aūt p̄sumptionis attēdat magnū opus exce dēs tū suam facultatē. Hūc Arist. vētosum vocat. ii. & iii. Ethi. Sed magnanimitas aggreditur opus proportionatū. Qs̄ autē aliqs attēdet opus facere suam facultatē excedens vitiosum est & pctm̄ q̄si cōtra ordinē naturalē existēs: qd̄ facit p̄sumptuosus. Tho. ii. q. cxxx. Et de hoc Iudith. vi. De se & de sua virtute p̄sumentes humilitas. s. tu deus.

Magnanimitas est q̄ tus cui p̄sumptio opponit.

§. I. CIRCA HOC TAMEN TRIA

sunt notanda. Primum est qd̄ sicut existens in statu ꝑfectionis imperfecte. s. puerilis: p̄sumptuosus esset si attentaret facere ea quę ad statū perfectę ętatis. s. virilis pertinēt vt ini nerando facere magnā dietā: portādo maximū pondus: fa ciēdo sermonē ad populū & hmōi. Non autē esset p̄sum ptuosus si ad hoc tendat puer vt ad opera ętatis perfectę. p̄si ciat: pura si ambulet per aliqd̄ miliare: si portet paruū pō dus: si aliquid mente recitat corā aliqbus & hmōi. Sic exi stēs in statu virtutis imperfectę: esset p̄sumptuosus si ita rim attēdaret facere ea quę sunt virtutis perfectę vt expone re se operi vbi esset periculū martyrij vel tradere se vitę cō tēptatiuę

Casus p̄sumptionis

tēptatiuę: vel exponere se aliorū regiminiui facere excel sius pœnitētias & hmōi. non autē esset p̄sumptuosus si ad hoc tēdat vt in virtutem perfectā proficiat. vt faciebat apls̄ ad Phil'. iii. Quæ retro sunt oblitus: in anteriora me extēdens ad brauiū sequor supernæ vocationis: quasi per continuū p̄fectū. Nemo em̄ repente fit summus: sed a mi nimis quisq̄ inchoat vt ad maiora pueniat. dicit Gratia. de pœni. dist. i. dum sancta. Secundo notandū est q̄ si ho movult se trahere & cōuertere ad diuina per orationē cō templationē & hmōi. vniendo se eis per intellectū & volū tatē q̄uis diuina sint supra hoiem: nō ramē dicet p̄sum ptuosus si debito modo. i. sm̄ capacitatem suā se applicet eis. Et ratio est qa in hoie sunt quędā potentiæ naturales: vt intellectus & volūtas p quas pōt homo cōiungi immor talib⁹ & diuinis. Esset aūt p̄sumptuosus si intellectū appli caret ad ea q̄ sunt supra capacitatē suā ad appræhendēdū ꝑpter qd̄ dr̄ Eccli. iii. Altiora te ne quęsieris: & fortiora te ne scrutatus fueris. Tertio notandū est q̄ sigs intēdat alt quod virtuosum, opus facere virtute sua: excedens faculta tem suam: talis dr̄ ventosus & p̄sumptuosus. Et hoc mo do non sumus sufficientes cogitare aliqd boni vel facere ex nobis: vt dr̄. ii. Cor. iii. id est virtute ꝑpria. Sed si aligs attentat aliquod magnum opus facere non ex se: sed virtu te diuini auxilij. hoc iā nō erit p̄sumptuosum: cuius ratio est: qa magnum opus de se cū fiducia diuini auxilij facul tatem noſtram nō excedit. Tho. ii. q. cxxx. qd̄ ite. ligo cū illud est sibi proportionatū sm̄ q̄ditionē suā p̄ supposi to auxilio cōmuni gratiæ. Nam sigs attentaret facere mi racula: aut p̄dicare indoctus sub fiducia diuini auxilij ma gna p̄sumptio esset. Sed attendendo celebrationem cō munionem: religionis ingressum: regimen impositum & hmōi cum debitis circūstantijs. hęc cū diuino auxilio fiūt & si nō ꝑpria virtute. vnde non esset p̄sumptio.

Presum ptionis diffini tio mul tifaria.

§. II. SI QVAERATVR QVOD

sit grauis pctm̄ p̄sumptio an pusillanimitas sibi contra ria? Rndet. Ista possunt cōsiderari tripli'r. i. sm̄ suā speciē sm̄ suā radicē & sm̄ effectū inde sequentē. Sed m primam cōsiderationē sic pusillanimitas est deteri⁹ & frequentius Deteriꝰ qdem est & grauius pctm̄: eo q̄ per pusillanimita tem homo recedit a bonis qd̄ est pessimū: vt dr̄. iii. Ethi. Præsumptuosus aūt habet actū similiorē actui magnani mi inquantū conat in magnū. & ideo pusillanimitas ma gis opponit magnanimitati q̄ p̄sumptio: vñ & grauiꝰ peccatū est. Est etiā frequentius peccatū pusillanimitas. Manifestū est em̄ q̄ pluries accidit esse pusillanimes ali quos: qa. s. omittūt facere bonū qd̄ possunt q̄ quę se extē dāt ad faciendū bonū qd̄ non possunt. & ideo frequētius. Sed m hoc igitur. b. Tho. dicit pusillanimitatē simpli'r eē maius q̄ p̄sumptionē. Sed m autē cōsiderationē sed am s. quantū ad radicē earū: tūc p̄sumptio est grauius q̄ pu sillanimitas. Nā radix p̄sumptionis ē superbia: radix pu sillanimitatis est ignorantia suę possibilitatis & pigritia. grauius est autem superbia q̄ pigritia. immo superbia dr̄ delictum maximū a Pō. sm̄ glo. ibi. & sm̄ considerationē hanc dr̄ Eccli. xxxvii. O p̄sumptio nequissima vñ creata est vbi rndet glo. q̄ de mala volūtate creaturę. s. de superbia. Et Hiero. ad Paulā & Eustochiū. De nulla re ita irasci tur deus q̄ si pctōr p̄sumptuose superbiat. Sed m tertiā considerationē videt grauiꝰ p̄sumptio, nā ex p̄sumptio ne hoim sequunt innumera mala sibi & alijs. Ponūt em̄ ex ea hoies se ad honores & dignitates & officia idignissimi & iperitissimi: volunt facere multa indebite de sensu suo p̄sumētes: nec̄ hoies: nec̄ deum timētes ea attentantes sub gbus deficiunt: & alia magna scandala faciunt. vñ dr̄ Sa. p. xvii. Semp̄ p̄sumit sęua p turbata cōscientia Pusil lanimitas nocet sibi priuādo se illis bonis q̄ facere posset alios per accidens nō iuuando vt posset.

Grauiꝰ pctm̄ ē p̄sum ptuo q̄ si pusil lanimi tas

§. III, EXTENDENDO HVIVS

modi materiā p̄sumptionis dicit Amb. q̄ Dauid q dixe rat. Ego dixi i abūdātia mea. i. bonorū spiritualiū nō mo uebor in ęternū. s. recedēdo a rectitudine virtę per peccatū sciens sibi nocuisse illam iactantiā & p̄sumptionē subdit. Auertisti faciem tuā a me. s. subtrahendo gratiā: & fa ctus sum conturbatus in peccata varia lapsus. vi. q. i. c. imitare. In quibus verbis Pō. tria ostenduntur.

pō. xxix

¶Primo sui præsumptio. ibi. Ego dixi in abūdantia mea non mouebor in ęternum.

¶Sec'o dei punitio. ibi. Auertisti faciem tuam a me.

¶Tertio mali cōsecutio. ibi. Factus sum cōturbatus.

Loquit̄ p̄sumēs de se in corde suo cōsidens de abūdā tia bonorū spūaliū suorū: nō mouebor. s. recedēdo a deo p̄ctm̄ in ęternū nūq̄. Sic Petrus apls̄ de se p̄sumens in quit. Et si oēs scādalizati fuerint: sed non ego: q tricæteris deterius cecidit negās Christū ad vocē ancillę. Mat. xxvi. Sciendū tū est q̄ triplex est p̄sumptio. Prima est p̄sum ptio de ꝑpria iustitia. Secūda est p̄sumptio de sua scientia. Tertia est p̄sumptio de iniusta potentia. De prima dicit Hiero. Nulla est præsumptio pniciosior q̄ de ꝑpria iusti tia & sciētia sup hoie. Præsumit aūt qs de ꝑpria iustitia qn̄ ꝑpter opera precedētia sua bona multiplicia ita confidit de virtute & cōstantia sua q̄ amisso timore exponit se pe riculis pctōrum tāq̄ sit cert⁹ de nō peccādo. Sed vt ait Leo pa. in ser. xl. Nemo de sui cordis puritate confidat. s. p̄sti mendo: qa puigil ille hostis aqriorib⁹ pulsat insidijs: quos maxime nouit abstinere a pctis. Et per hūc modū diabo lus aliqn̄ decipit hoies vt cū per plura tpa nō fuerint tēta tivel inclinati ad aliqd̄ genus pcti. & p̄cipue carnis & ha buerint oportunitatē peccandi sic reddat eos securos & i cautos & demum trahat ad malum. Vnde legit in vitis pa trū q̄ cum qdā esset infirmatus grauiter: & iā senex ꝑpter qd̄ erat grauis cōgregationi: permit ille licentia ab abbate eundi ad ciuitatē ad locū vbi ab aliqua muliere guberna ret: & nō esset onerosus fratrib⁹: cui cum abbas cōtradice ret ne forte i fornicationē caderet ille cōtristat⁹ ait. Ego sū mortuus corpore: & quō potest istud mihi cōingere. Cui ille. Et si tu mortuus es: nō est mortuus diabolus tentator q cum iuisset in ciuitatē: quædam virgo ob deuotionē se obtulit ad seruiēdum ei. Et cū aliquantulū cōuersasset ex nimia sumpta familiaritate & fiducia eā cognouit. & ex ea filiū suscepit: de quo tū publice pœnituit: exhortās alios sui exēplo ne de se p̄sumerēt. Et vere homo habet time re & non p̄sumere: cōsiderata hoim inualitudine: de mo nū fortitudine: & lapsorū multitudine. Tanta est ibecillī tas nra: vt vnū verbū blāde vel asperū nos flectat ad ma lum: & cogitati de diuinis subito subrepat pessima tēratio Nisi quia dñs adiuuit me ait. Pō. xciii. paulominus habi tasset i iferno aia mea, Hostes aūt tartarei ita robusti sunt & colliduntur nos iocunde reputemur: & ipsi Gigātes respe ctu nostri: sicut figurate dixerunt exploratores terræ pro missionis de inhabitatorib⁹ ei⁹. Lapsus innumeri & talium videbātur impeccabiles: vt Dauid: Salomonis: Ezechię & Iosię & aliorū. Vñ Hiero. ad Eusto. Si paul⁹ apls̄ vas cle ctionis & p̄parat⁹ in euāgeliū christi: ob carnis aculeos & incētiua vitiorū reprimit corp⁹ suū: & in seruitutē subij cit: & tamē videt aliā legē in mēbris suis repugnātē legi mētis suæ: si post nuditatē: ieiunia, famē, carceres, flagel la supplicia i se reuersus exclamat. Infœlix ego hō qs me li berabit de corpore mortis hui⁹? tu te puras ięcurū esse de bere. xxxii. q. v. si Paul⁹. Et vbi qs ita de se præsumeret q̄ exponeret se sciēter piculis pctōrū mortaliter peccaret. iux ta illud Eccli. iii. Qui amat periculū incidet in illud. vt si qs ex aspectu fixo in aliquā p̄sonā, vel familiari colloqo vel turp⁹ societate: vel loco: iā expert⁹ est lapsum & recēter & aduertēter ad ista se ponit: male se posset iste a mortali excusare. Beat⁹ ergo hō qui semp est pauid⁹. dicit Prouer. xxviii. Qui vero mētis est durę nimis p̄sumēdo corruet in malū. Null⁹ ergo in quātacūq; abundātia meritorū dicat Nō mouebor i ęternū. Bn̄ qlibet debet ꝑponere nō mo uere se a deo & virtute recedēdo vnc̄: sed cognoscat se fra gilē & aptū ad ꝑpetrādū oīa mala nisi custodiatur eū de⁹: & ipe etiā se custodiat vitādo occasiones malorū: & sic obser uet. s. fugiēdo pericula. Sed o p̄sumit aliqs de sua sciētia qn̄ i his q̄ sapientes dubitāt ipe audet ꝑcipitare sēcētiā: sicut faciūt hodie multi p̄dicatores & cōfessores. Vel qui etiā qd̄ per⁹ est reprobāt dicta magnorū doctorū & sanctorū. quorū corrigia calciamētorū nō sunt digni soluere Con tra hos dicit Eccli. xxxij. In medio magnatorū loq nō p̄ sumas. Qd̄ inepte faciē Heliu iuuenis reprehēdes. s. Iob & amicos eius reprehēsus fuit a dño. Ad magnā aūt p̄sum ptionē de sua sciētia ptinēt q sine eā vrgēte mutāt leges & statuta maiorum tāq̄ ipsi melius cognoscāt q̄ antecessō res fundatores legum & religionum pleni sapientia. Sed

Præsum ptio de propria sciētia

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt dicit Nicolaus papa. Ridiculū est & satis abominabile dedecus: vt traditiones quas a patrib⁹ accepim⁹, infringi patiamur. dist. xij. ridiculū est. In cui⁹ figurā præceptū fuit a dño in veteri lege. Ne transgrediaris terminos quos patres tui posuerūt. i. ordinationes. Nec ex hoc ꝙ alibi seruatur, vtrarū debeat⁹ mutare de Ieui mores q̄s, iuenit i loco antiquatos in reb⁹ indifferētib⁹ nisi sit rō multū vrgēs & sine scandalo: al's p̄sumptio esset. Vñ Hiero. Illud breuiter admonēdū puto vt traditiones ecclesiasticas p̄sertim qui fidei ñ officiūt ita obseruādas vt a maioribꝰ traditę sunt: nec aliorū cōsuetudinē cōtrario more subuerti. dist. xij. c. illud. Et dicit ibi glos. sup verbo fidei: vel etiā morib⁹ bonis ad magnā vtiq; p̄sumptionē ptinet vt ponat se qs ad audiēdā cōfessionē q ignar⁹ est etiā cōmuniū p̄sumēs hoc ex sua bona cōscientia & intentiōe aliquali practica & bonitate seu subtilitate naturali intellectus: nec pōt talis excusari a peto mortali de hmōi p̄sumptiōe qñ est ita rudis vt nec casus a quib⁹ ipse pōt absoluere vel nō absoluere sciat discernere: nec excōicationē maiorē a minori: nec petā cōia mortalia: puta neseiēs fornicationē simplicē eē mortale: vel cogitationē deliberatā alicui⁹ mortalis: æstimās oēm irā esse mortale: & sic de gula & inuidia: & ꝙ non teneatur quis ad cōfitēdū & cōicādū, nisi in morte & hmōi cōtrach⁹ varios: nec intelligēs: nec sciēs saltē super his dubitare, nō hui⁹ est ea præsertim cām efficacē ruinæ proximi sui: & si nō directe. s. hoc itēdēs: tū indirecte. s. nō faciēs debite id ad qđ tenetur: quia nō debuit se ponere ad illud ad qđ apt⁹ nō erat in dānū alterius p regulā. Qui occasionē dāni dat: dānū quoq; dedisse videtur. eē de iniur. & dā. da. si culpa. Ad qđ facit optie qđ ait Augu. de peni. dist. vj. qui vult. Qui vult cōfiteri petā vt iueniat gratiā: sacerdotē querat sciētē soluere & ligare: ne cū circa se negligēs extiterit. s. ex ignorātia instruendi negligatur ab illo q saluberiter monet eū vt vitet cęcū ne ābo in soueā cadāt. s. cōfessor & cōfitēs: & loquit de soluea æternę dānatiōis i quā null⁹ cadit nisi p mortale. Nec excusat a toto ex hoc ꝙ ponit ad hoc a platone suo: qnimmo & ipse prelat⁹ cū eo i soueā cadit eā dē fm Alb̄. quia nec debuit cęcū exponere: nec ille debuit oīno ineptus obedire. Posset tn excusari talis in his trib⁹ casibus. Primo qñ periculū mortis cōsitēti immineret: nec ali⁹ posset haberi: tūc em̄ gliber pōt & debet audire, ppter efficaciā sacramētine ea priuet. Sed o qñ cōfitēs est peritꝰ sufficiēter: ita ꝙ ipm cōfessorē docet: & ostēdit grauitatē suorū pctorū & crediť bonæ p̄sciētiæ. Tertio qñ cōfitētes sunt psonę spūaliter viuētes & frequēter cōfitētes q nō cōsueuerūt habere nisi venialia. Ad magnā p̄sumptionē pertinet & periculosam ingerere se ad regēdū alios q se ignorat. Et similiter ad prædicādū cū nō est sufficiēter aptus vl' cū nō ē missus. Ad magnā p̄sumptionē imputādū est ꝙ ponat se qs ad exercitiū aduocādi: cōsulēdi, in iure iudicādi, medicādi, si nō studuit vt ppetēter sit in hmōi edoctus. Et videť, p regula posse sumi illud ꝙ qcūq; ponit se ad aliqđ exercitiū publicū ex q̄ pōt alijs exidere sequi notabile dānū verisimiliter in psona vel reb⁹, propter ignorātiā magnā illi⁹ circa illud exercitium ꝙ peccet mortaliter. arg. eē de iniur. & dā. da. c. si culpa. Tertio præsumit quis de potētia: & hoc cū vtitur potestate quā nō habet ad aliod faciēdū. de qua p̄sumptiōe pōt illđ exponi Eccl's. vj. Hoc vanitas & præsumptio spūs est. Vanitas. est quia nil veri effectus agit. præsumptio est: qa sibi attribuit potestatē quā non habet. Vñ Gratia, de pœni. dist. vj. §. si dicit. Nemo videlicet alteri⁹ parochianū iudicare p̄sumat. In huius figurā mandauit dñs in veteri lege Leui. xix. vt rāties p alienū agrū falcē in alienā messem null⁹ mitteret: videlicet vt exponit Grego. in eū qui nō est sibi cōmissus falcē iudicij non mittat. vj. q. iij. c. scriptū. & hoc scienter agēdo vtiq; mortaliter peccat. Rario est: quia facit cōtra iustitiā expresse vsurpās potestatē alteri⁹ et puerit ordinē iuris: & hoc habet locū in foro pœnitentiali: & in foro cōtentioso ecclesiastico & ciuili. Nā q absoluit audiēdo cōfessionē si nō habet autoritatē: vel si habet autoritatē audiēdi nō habet potestatē absoluendi a tali casu: si sciēter facit qs dubitat mortalē eē talē p̄sumptionē: & sili ter si absoluit ab excōicatione a qua nō pōt: icideret etiā talis p̄sumptor in excōicationē papalē: si esset religiosus vt habes in. iij. par. ti. xxiij. ibi vide de hoc. Similiter dispēsando vel cōmutādo vota q̄ nō pōt sciēter peccat mortaliter in tali p̄sumptione, In foro etiā cōtentioso si qs iudicaret aliquē non sibi subditū sciēter peccare et mortaliter: etiā i foro seculari: vt si cp̄s, p̄sent sentētiā cōtra totaliter exēptos, vel religiosi cōtra clericos: et hmōi sententiæ sunt nullæ. Similiter ad magnā p̄sumptionē et mortalē p̄tinet rectorū secularium si volūt iudicare clericos & ad iudicia sua trahere: siue p debitis siue p talēis impositis ab ipsis laicis: qa nulla potestatē habēt sup eos. xj. q. j. p totū. Similiter si clericꝰ exerceret officiū ordinis quē nō haberet: puta subdiacon⁹ cātaret euāgeliū: diacon⁹ diceret missam & hmōi: vel laicꝰ faceret officia q̄ nullo modo p̄t fieri nisi p clericos: esset mortalis p̄sumptio. Vñ et Ozias rex Iuda: qa præsumpsit tēplū deī ingredi ad dandū incēsum dño: qđ officiū erat sacerdotū a deo p cussus totus factꝰ est leprosus. vt habeť. ij. Paral. xxvj. Ad magnā p̄sumptionē nē est et mortalē spectat mutare nō solū materias & formas: tacꝰ lesed etiā & ritus: & quæ pertinēt ad solēnitatē sacramētorū et officiorū ecclesiasticorū. Ad p̄sumptionē maximā spectat vt inferior superiorē velit iudicare & sentētiare ē eū cū nō possit. Vñ dr̄ in decre. dist. xxj. intrūi. Intrūhāc p̄sumptionē sancti patres apud Chalcedonem i generali cōcilio detestati sunt: qua. s. qđā Dioscorus noie præsumpsit sententiā excōmunicationis cōtra Leonē papā dictare: vt eū sine aliqua audientia subito condēnaret. Nec vacat a p̄sumptione subditus qui et si nō iudicio sentētie tamē temerarie condēnat facta prælatorū dubia: q̄ possit bene & male fieri: quod deo displicere ostēditur per figurā. Nā vt habeť. ij. Regū. vj. cū arca dñi Dauid ordināre reduceretur in Hierusalē cū in itinere bobus ducētibus eam recalcitrātibus arca aliquātulū inclinata fuisset: qđā nomine Oza: qui eā cū bobus deducebat: temerarie tetigit eā quasi retinens ne caderet: propter quod a dño subito p cussus est morte. Et vt exponit Gratia. ij. q. vij. plerīq;. §. his itaq;. Et Grego. in moral'. Arca designat prælatū qui & in se debet habere manna dulcedinis & virgā austeritatis: & legē iuris et sciētiæ: boues recalcitrātes sunt subditi dyscoli: quibus qa prælatus inclinatur cōdescēdens aliqñ imperfectiōi eorū: aliquis præsumptuosus quasi retinet arcā ne cadat: dū p̄sumptuose iudicat et reprehēdit p̄ latū de nimia remissiōe. Vñ Oza interpretatur robustus: nata talis p̄sumptio ꝙ mortē incurreret animæ. Icē ptinet ad p̄sumptionē ꝙ aliquis se intromittat de officijs aliorū: et de his quæ nō spectāt ad eū: nisi necessitate vel charitate moueretur ad supplendū defectū alteri⁹. Vnde dicit in regula iuris ꝙ nō est sine culpa qui rei quæ ad eū non p̄tinet se immiscet. extra de reg. iur. lib. vj.

Ignar⁹ audiēs cōfessiō nē peccat mortaliter.

Excusatur ignarus confessor.

Ozias rex Iuda ppter p̄sumptionē suit leprosus.

De p̄sumptione Dioscori.

Oza robustus interpret.

§. IIII. PVNITIO QVAM FECIT

deus cōtra p̄sumptionē. ibi nota. fecꝰ eū dicit. Auerti faciē tuā a me. Auertit aūt deus faciē suā a creatura rōnali dupliciter. Vno modo subtrahēdo gratiā: sicut cū aliqs offenditur ab aliquo: subtrahit faciē seu aspectū suū ab eo nolens videre eū. Et hoc facit deus p̄sumptuose qū est mortalis eius p̄sumptio. Deut. xxxij. Absōdam em̄ faciē meā ab eis: generatio em̄ peruersa est. Alio modo dicitur de⁹ auertere faciem suā subtrahendo seruorū & actūalē deuotionē & spūalē gustū: qđ facit aliquādo spōsus ei⁹ga sponsam ex paruo defectu: vt magis sit circūspecta & timorosa & de hoc in Pō. xxx. Ego dixi in excessu mentis meæ. Et fm aliā literā. In pauore meo: proiect⁹ sum a facie oculorū tuorū. qđ' est verbū animæ deuotæ: videlicet cum sentit se priuatā cōsolatiōibus spiritualib⁹ & gustu deī: timens se de relictam a deo: sed ideo deus hoc agit ad cēpus ad excludēdam p̄sumptionē. Nam si ad placitū suū anima sentiret cōsolationē nimis de se p̄sumeret & negligentię se daret: & parū a defectibus paruis se cauere: sicut si vir semper aspiceret & rediret in faciem sponsę: efficeretur nimis irreuerens & leuis.

pœna p̄ sūptionis.

§. V. QVANTVM AD TERTIVM

scilicet consecutionē mali: certū est ꝙ amissa gratia dei per p̄sumptionem non potest sequi nisi malum de quo conturbatur mens. Vnde in versu prædicto subditur. Factus sum conturbatus. i. totus turbatus. Cor enim impij quasi mare feruens quod quiescere nō potest: nunc æstuans per vnam passionē: nunc per aliā: quādoq; pervanā lętitiam: quandoq; per nimiam tristitiam & huiusmodi.

¶ De curiositate: in quo agit⁹ de spectaculis & vitijs quæ procedunt ex vano aspectu: & etiam de studio scientiarum vtrum sit licitum. Capitulum. VII.

nouē cœli. Nū decimū empyreū in quo deus residet p gliæ manifestationē: est pars intellectiua, s. intellectus & voluntas. In qua parte videt de⁹ & amat cū sanctis & angelis ei⁹. Omnium dñator est. Pū. xviij. Oia subiecisti sub pedib⁹ ei⁹. Aug. Omnia fecit de⁹, ppter hoiem. Vñ in sex dieb⁹ cuncta creando habitationem hoi fecit & ornauit: & postea creando hoiem in possessionē posuit duplicē in natura substātiā. s. corporis & aiæ vt possideat duplicē in cœlo glorificationē. s. aiæ & corporis: in quo beati hoies i futuro angelos sanctos antecellent cum ipsi corpora nō habeāt: vñ nec gloriā corporū per ons demū in deo psonalē vnionē. Nā in Christo est humanitas & diuinitas vnita. Nec est in illa humanitate nostra assumptū aliud suppositū q̄ dei verbū. Agnosce ergo o christiane ait Leo pa. dignitatem tuā & diuinæ consors fact⁹ naturæ noli in veterē vilitatē degeneri cōuersatione redire. Considerans ergo ingratitudinē hois: sup hoc Moyses ait. Deū qui te genuit dereliquisti & oblitus es dñi creatoris tui. Deute. xxxij. q. d. quō potes eē ita ingratus. Ecce quō coronauit te in misericordia. Quāuis em omnibus q̄ creauit misericordiam fecerit de nō esse in esse, pducendo. In ista tamen misericordia tibi coronam super omnia dedit, cōferendo tam nobile esse & dominium & regnum omniū.

§. XII. QVANTVM AD QVINTVM

Pro datione tēporaliū

Miserationes dei in plurali dici possunt plurima bona spiritualia & corporalia qbus nos consolatur remouens miserias nostras in gubernatione nostra. ita q̄ coronat te in misericordia respectu creatiōis. coronat te i miserationibus respectu gubernationis. coronat in quit vndiq; circūdans & totum: aiam. s. & corpus suis bñficijs. Coronat singulari p. uisione quasi nil de alijs creaturis videatur curare vt tibi subueniat, vñ Sap. xij. dē Cum magna reuerentia dñe disponis nos. Et prouer. viij. Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Miseriæ famis & sitis, puidet cibarijs & potibus varijs ne faſtidiū generet. Miseriæ nuditatis vestimentis plurimis laneis & lineis & sericis. Miseriæ frigoris: calore ignis. Miseriæ tenebrarū: lumine lunæ & solis. Miseriæ paupertatis diuitijs auri & argenti & cæterorum metallorum & lapidū preciosorum. Miseriæ infirmitatū: medicinis innumeris. Sensib⁹ ipsis copiose & suauiter, puidit. Visui de pulchritudine colorum. Auditui de suauitate sonorū cātus & instrumentorū. Gustui de dulcedine ciborū. Odoratui de fragrantia odorū florū & aliorū. Tactui de leuitate diuersorū obiectorum. O quantæ sunt miseriæ aiæ. Repletus ait Iob. xxiij. multis miserijs: quas releuat diuersis miserationib⁹. Quātas enim inspirationes & incitamenta ad bonum immittit. Quot documēta scripturæ sacræ. Quot exhortationes sanctor⁹. Quot exēpla perfectorū. Quātas varietates artium & artificiatorum ad tollendum otium. Quot euasiones periculorum. Quātas expectatiōes ad emendationes peccatorum. Quot auxilia angelorū. Pū. xc. Angelis suis deus mandauit &c. Quō miseretur pater filiorum misertus est deus. Sed tāta est ingratitudo nostra vt conquerendo dicat Esa. j. Filios enutriui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me &c.

§. XIII. QVANTVM AD SEXTVM

Certū est q̄ desideriū nostrū hic impleri non potest vt expectia docet. Sed vt dicit Pū. xvj. Satiabor cum apparuerit gl̄ia tua. Ibi em beati possidebūt septem bona q̄ dicuntur septem dotes: quæ implebūt aiam & corpus & totaliter getabunt. videlicet visionē clarā qua implebunt sapiētia: ꝓhensionē qua implebunt securitate: dilectionem perfectissimam qua implebunt gaudio seu fruitione quo ad corpus: agilitatē: subtilitatem: claritatem: impassibilitatem. Vel septem bona quæ hic desiderant sed nūq̄ possidentur, plene diuitias: honorificentias: potentias seu dominia: delectationes: sanitatē: vitæ perpetuitatē: scientiā: virtutem. Ibi plene habentur. Habentur siquidem virtutes morales in patria. sed ad alijū vsum sicut & diuitias & honorē: sed per alijū modū q̄ hic. Ergo benedicat a mea dño &c. ne sis ingrata.

¶ De tentatione qua homo tentat deum. Cap. X.

¶ Primo quid sit deum tentare.
¶ Secundo quare & quomodo sit peccatum.
¶ Tertio de punitione eius.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

TENTATIO DEI ID EST QVA hō tētat deū speciale pūm ē, pcedēs ex fuphia & ōsumptione hois. de quā inge dñs per Pū. lxxvij. Tentauerunt & exacerbauerunt deum excelsū & testimonia eius nō custodierūt. Circa hoc videda sunt tria.

Quid sit tentatio dei & quid sit tentare.

Scieādū q̄ tētatio dei est vitiū quo hō prętermittit facere qd̄ potest ad pericula euitanda: vel aliqua agēda respiciens: seu expectās diuini auxilij effectū. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. ñ. q. xcvij. ar. j. q̄ tentare est, ppriē experimentum sumere de eo q̄ tentat. Possum⁹ aūt experimentū sumere de aliquo verbis & factis. Et verbis qdē experimētū sumim⁹ q̄n inquirim⁹ an sciat vel velit vel possit illud implere qd̄ q̄rimus. Factis aūt cū ea p quæ facim⁹ exploramus alteri⁹ prudentiā: vel voluntatē vel potestatē. Vtrūq; horū cōtingit fieri dupliciter. Vno mō apte. vt cū qs se tentatorē, pfitet. Sicut Sāson ꝓposuit Philistæis ,problema ad tentādum eos. vt Iudi. xiij. Alio modo insidiose & occulte: sicut Pharisæi tentauerunt Christū q̄n interrogauerūt. Licet nobis dare censū Cęsari Mat. xxij. Rursus q̄nq; hoc sit expresse vt cū quis dicto vel facto intendit experimentum sumere de aliquo vt cum Iudæi signum de cœlo quærebāt a Christo tētātes eū. vt dr̄ Luc. xj. Q̄nq; interpratiue q̄n. s. etsi hoc nō intendit vt experimentū sumat: id tn agit qd̄ ad nihil aliud videtur ordinabile nisi vt experimentum sumat: sicut si quis portaret multā pecuniā p viā quā nouit latronib⁹ alluetā: esset hoc quasi illos latrones tētare si furentur q̄uis nō intendat hoc. Vnde Bern. dixit de pecunia rapta a latronibus. Magna pecunia magna tentatio. Sic igitur hō tentat deum q̄nq; verbis q̄nq; factis. Verbis quidem cū loqmur cū deo orādo. Vnde in sua petitione aliqs expresse deū tentat: qñ ea intentione a deo aliqd postulat vt exploret dei scientia: potestatē & volūtatē. Factis aūt expresse tētat qñ per ea q̄ facit intendit experimentū sumere diuinæ sapiētiæ potestatis vel pietatis. Sed quasi interpretatiue deū tētat q̄ etsi nō intendat experimentū sumere de deo: tamen petit vel facit aliqd ad nihil aliud vtile nisi ad ,pbandū dei potestatē bonitatē: vt cognitionem, vt Zacharias in petendo signū ab angelo ,p filio sibi nascituro Luc. j. Et Gedeon in ponēdo vellus in area tore implendū in signū victoriæ Iudicū. vj. Sicut si aliqs faciat equum currere vt euadat hostes hoc non est experimētū de equo sumere: sed si equū currere faciat ab⁹q; aliqua necessitate. hoc nihil aliud erit q̄ experimentum sumere de equi velocitate Et idem est de omnibus alijs reb⁹. Q̄n ergo ,ppter aliquā necessitatem vel vtilitatem cōmittit se aliqs diuino auxilio i suis petitionib⁹: vel factis hoc nō est deū tentare. Dicit em̄ in Paral. xx. Cū ignorem⁹ qd agere debeam⁹. hoc solum resti dui habemus vt oculos nostros ad te erigamus. Et sic sancti viri moti sunt ad petendum precib⁹ diuinæ potestatis effectū ex necessitate vel vtilitate in miraculis faciendis inspirati ad hoc a deo. Q̄n aūt hoc agit absq; necessitate vel vtilitate: hoc est interpratiue tētare deū. Vñ sup illud Deut. vj. Non tentabis dñm deum tuū, dicit glos. Deū tētat q̄ habēs qd̄ facta: sine rōne cōmittit se periculo experiens vtrū possit a deo liberari. A quo cauēdū fore docuit Christ⁹ exēplo suo. Cū em̄ posset de pinnaculo descendere via humana qa pericula noluit mittere se deorsum vt suadebat diabol⁹ qa periculū erat secundū naturā & miracula facere tūc nō erat expediēs. Et ,ppter eādē rationē nō volebat aliqn̄ in Iudæam ambulare: qa q̄rebat eū Iudæi interficere. Ioā. vij. Hocidem Abraā docuit exēplo q̄n descēdēs in Aegyptū dixit Saray esse sororē suā. Gen. xij. In quo facto inge Aug. ostēdit q̄ nemo debet tentare deū sine cū habeat qd salubriori cōsilio faciat. s. ſm viā hūanā. Fecit qd potuit qd nō potuit deo cōmisit in quē sperauit. xxij. q. ij. q. ij. Sic & Paulus apls fecit se submitti per sportā de muro vt euaderet insidias. ij. ad Corin. xj. nec expectauit q̄ deus mitteret angelum suum. Qd̄ aūt brā Agatha recusauerit medicinam corpalē, dicens. Habeo dñm Iesum q̄ solo sermone restaurat vniuersa: non in hoc tentauit deū. Experta enim erat erga se diuinā beneuolētiā vt vel infirmitates nō pateret q̄bus medicina indigeret vel fratim in se sentiret diuinæ sanatiōis effectum. Et qa iure cōi exorbitāt in cōsequentiā nō sunt trahēda de regulis. in. vj. nisi qs haberet simile instinctū a spūsctō. Tētauerunt ḡ illi patres Iudęorū in eremo deum vt ,pbarēt potētiā dei si posset eis ,puidere dicētes. vt ait in alio Pū. Nunquid poterit de⁹ parare mensam in deserto? Nunqd & panes poterit dare? Nunqd introducere ,in terrā ,pmissionis & alijs modis

Hō vetis deū tētat & factis.

Tētare modis. Est aūt hoc pctm̄. s. tētare deū qd̄ patet ex eo q̄ in ledeum ē ge, phibet⁹ Deu. vj. Nō tētabis dñm deū tuū. Rō huj⁹ ē ſm peccatū b. Tho. ñ. q. xcvij. ar. ij. qa vt dictū est: tētare est experimen grauissi tum sumere ieu, pbare. Nullus aūt experimentū sumit de eo mum. de quo est cert⁹. Et ideo tentatio ois ex ignorātia vel dubitatione ,pcedit: aut ei⁹ q̄ tētat sicut cū aliqs experimentū de aliqua re sumit vt ei⁹ qualitatē cognoscat vt cū magister interrogat discipulū vt sciat si didicit vel intelligit lectionē. & aurifex aurū fricat vt sciat quātū est mixtū: aut ,pcedit ex dubitatiōe aliorū: sicut cū qs experimentū sumit de aliq re vt alijs ostēdat p. quē modū dicit⁹ de⁹ tētare hoies vt Abraā Gen. xxij. circa immolationē filij vt scilicet ostēderet mūdo obedientiā ei⁹. & Thobiā vt ostēderet alijs patientiā suā & hmōi. Et sic Christ⁹ tētauit Philippū dicēs. Vñ emem⁹ panes &c. vt. s. ostenderet ipsi paruitatē fidei suæ. Ipse em̄ Christ⁹ sciebat qd esset factur⁹. Io. vj. Ignorare aūt vel dubitare de his que pertinent ad diuinā perfectionē. s. potestatis sapientiæ vel bonitatis est pctm̄. Sic ergo tētare deū vt cognoscat qs ei⁹ ꝓtutē: pctm̄ est. Si qs aūt ad hoc experimētū sumat eorū q̄ pertinēt ad diuinā pfectionē nō vt ipse cognoscat: sed vt alijs demōstret hoc nō est tētare deū cū subsit iusta necessitas vel piavtilitas & alia q̄ ad hoc cōcurrere debēt. Si enim apli petierūt a dño vt i noie Iesu Christi fierēt signa. vt dr̄. Act. iij. vt. s. virtus Christi in fidelib⁹ demōstraret, Si quis aūt hoc attētaret facere. s. miracula esto q̄ faceret ad confirmationē fidei veritatis nisi sup hoc haberet iſtrigationem a spūsctō sicut habuerunt scti ptineret hoc ad tentationē dei. Qd̄ aūt ait Pū. xxxiij. Gusta. & vt. q̄n su. ē dñs. Et apostol⁹ Ro. xij. Probetis que sit volūtas dei bona bñplacēs & pfecta nō ptinet hoc ad tētādū deū nec ibi est pctm̄: qa intelligunt de cognitione affectiua dei & ,pbatione ſm quā qs experit in se gustū diuinæ dulcedinis & cōplacentiā diuinæ volūtatis qd̄, puenit ex eo q̄ qs totaliter se subijcit dei volūtati: & attente & affectuose cōsiderat diuinā volūtatē. & ex hoc sequitur in eo experiēta diuinæ dulcedinis. Sed probare dei volūtatē vel bonitatē cognitiōe speculatiua vtrum. s. sit bona volūtas dei: vel vtrū deus sit suauis hoc ptinet ad tentādum deū: sicut & ,pbare vtrū de⁹ possit eū iuuare & sibi ,puidere qd̄ fecerūt illi prēs: Vñ dicit. Quadraginta annis ,proximus fui generationi huic. s. Iudæorū in deserto adiuuando: defēdendo ab inimicis: puidendo in necessitatib⁹. Loquit⁹ per ſſitudinē hoīs q̄ cū est ,pxim⁹ pōt iuuare. Et dixi semper hi errāt corde æstimādo vel dubitādo vtrū possim iuuare & eis prouidere: & corde errāt. i. voluntate & malicia sua. Qd̄ aūt rex Acham repræhendit⁹ cum q̄sit⁹ ab Esaia vt peteret signū dixit. Non petā & nō tentabo dñm. Esa. vij. propterea fuit qa nō ,p ipso solū sed ,p totā ppl̄m instructiōe monebat⁹ petere signū quasi ipeditor cōis salutis. Neq; em̄ hoc petendo tētabat deū. tū, qa hoc faciebat ex dei mādato. tū qa hoc ptinebat ad cōem vtilitatē: signū ſ. liberatiōis hūani gñis vt ibi patet. Abraā aūt cū petit sibi signū, dari de terra promissiōis dāda semini suo nō tētauit deū quia hoc fecit ex instinctu dei & ibi magnū mysteriū incarnatiōis. Tho. vbi. ū.

Visitare ratiōe opponit religiōi

Hoc aūt pctm̄ opponitur ,vtuti religionis ſm Tho. vbi. ū. ar. iij. qa cū finis virtutis religiōis sit deo reuerētiā exhibere, oia illa q̄ ptinēt ad irreuerentiā dei religioni opponūtur pertinet autē ad irreuerentiā hoīs tentare eum: nullus enim præsumit tētare eū de cuius excellentia certus est. Et cōmuniter est mortale. Vnde dicitur Sap. j. Inuenitur dñs ab his qui non tentant eū, Q, aūt non inueniatur deus a creatura: vt. s. cognoscat eum & possideat per gratiam non est nisi p impedimentū mortalis pcti. Hoc etiā ex punitiōe ipsi⁹ notaf in Pū. cum dr̄. Ipsi non cognouerunt vias meas. i. opera mea seu mādata mea q̄bus itur ad deū. Inter quæ mandata hoc est. Non tētabis dñm deū tuū. & ,ppter hoc iuraui eis. i. firmiter decreui si introibūt. s. ,p nō. i. ꝓ nō ,introibūt in requiē meā. i. terrā promissionis q̄ figurabat vitā æternā. Et sic fuit qa nullus eorū q̄ numerati sunt in Egypto. s. sexcenta milia hoim ad prælia aptorū intrauerūt, sed mortui sunt in deserto: exceptis Caleph & Iosue. Propter quod hortatur apls vt caueam⁹ ab isto cū sit multū graue dicēs. j. Cor. x. Neq; tētemus Christū sicut quidā tentauerūt & a serpentibus perierunt vt habetur Num. xxj. Multis alijs vicibus & modis tentauerūt. Et nota q̄ diuersimode. hoies tentāt deū. Aliqui videlicet dei potentiā seu potestatem. Aliqui dei sapientiam vel veritatem. Aliqui dei patientiam vel bonitatem.

§. II. TENTANT DEI POTESTA-

De tētatoribus ob eruditionem q̄ cū possint euitare nō euitant pericula.

tē illi q̄ in periculo positi cū possint remediare via humana nolūt: expectātes effectum diuinę potestatis. i. liberationem a deo: sicut Iudas Machabæus cū perpendet se cum paucis & videret exercitū Bacchidis multū: cum posset declinare certamē erubescētia ductus ne videretur fugisse hostes: cōmittens se deo bellū iniit. cōtra illū & ibi occisus est. j. Macha. ix Si quis etiam infirmaretur & nollet vti medicinis nō propter abominationē stomachi ad eas vel timorē nocumenti: vel impotentiā emēdi. sed vt a dño sanaretur: sicut beata Agatha: dei potentia tētaret: nisi haberet super hoc familiare cōsilium a spūsancto sicut illa: vel qa vellet illā pœnā sustinere propter amorē ieructem ad Christū. vt sctus Aegidius vulnus gutturis retinere voluit absq; curatōe. Pertinet etiā ad tentādum dei potestatē ꝓ aliquis aggrediatur pericula absq; necessitate iperans dei potentiā adiuuari sicut fecerūt Abysai cum alijs duobus qui accesserūt ad hauriendū aquā de cisterna Bethleem vt afferret Dauid transeuntes per medios hostes Philistæos: qui & Bethleē tunc tenebāt. ij. Reg. xxiij. Duella etiā assumere volūtarie pertinet etiam ad tentationem dei. vnde & plubentur vt dicit Nicola⁹ papa. ij. q. iij. monomachiam Dauid faciendo duellum cum Goliath vt habetur. j. Reg. xvij. non tentauit deū: quia vt dicit Nico. de Lyra sup dicto. c, hoc fecit ex instinctu spūsancti: & idē dicit glos. sup. c. monomachiā. Fuit etiā figura duelli qd̄ Christus fecit cū diabolo signato in Goliath qui potentia & malitia sua oēs exterrebat. Sed Christus figuratus in Dauid qui interpretatur manu fortis sunda humilitatis & lapide fortitudinis totus inermis malitia sustinendo humillimam passionē eū, pstrauit. Qui etiam prius in deserto tentatus cū tribus lapidib⁹ sumptis de flumine. i. tribus auctoritatib⁹ scripturæ inimicū vicit tētatē. vt patet Mat. iiij.

§. III. TENTANT DEI SAPIEN-

Insci p̄dicatores dicū deū tentare.

tiā qui inepti & insci ponūt se ad prædicādū vel legēdū vel disputandū cū hereticis: sperātes a deo sibi infundi scientiā sicut factū est apl̄is. Sed dicit Hiero. Quod illis suggerebat spūsanctus: hoc alijs exercitatio & quotidiana &c. Tentat dei sapientiā vel veritatem qui faciunt purgationes vulgares ,p aliquo manifestādo. puta cū habet suspectū aliquem de furto, adulterio vel alio. ad ,pbandū innocentiā suam & manifestandū q̄ nō fecerit illud volūt q̄ tāgat ferrum candēs: vel bibat aquā bullientem sperantes q̄ deus sic manifestet veritatē in hoc q̄ nō noceat si illud non perpetrauit. al's noceat. hoc etiā prohibet expresse cui. q̄: qa est deū tētare. ij. q. iij. c. j. & c. cōsuluisti: Vñ Henricus Imperator cū suspectā haberet vxorem quæ virgo & sancta erat de adulterio coegit eā nudis plantis sup ferrū ignitū incedere. vñ in morte sua corā Christo accusat⁹ & punitus fuit, Illa iñ qa coacta fecit: illæsa euasit cū innocēs esset vt habetur in Chronicis. Silr etiā prohibetur dari alicui corpus Christi ad ,pbationē alicui⁹ sceleris de quo suspectus habetur. Vñ illud. c. sane & c. sepe. ñ. q. iij. in quo statuit est abrogatū ſm Gratianū & bea. Tho. in. iij. In veteri aūt testamēto. cū habebatur vxor suspecta de adulterio permissa fuit purgatio que fiebat per aquas certo modo: vt ad vitādum maius periculū. s. vxoricidiū: sicut & quædā alia permissa sunt.

§. IIII. TENTANT TERTIO DEI

Petentes sibi p̄tā dimitti & iurias ñ dimittūt deū tentare.

bonitatē aliqui & clementiā vel patientiā q̄ petūt, sibi p̄tā dimitti & tñ ipsi nō dimittūt iniurias alijs odiū retinentes vel al's indeuote orāt. ,ppter qd̄ dr̄ Eccli, xviij. Ante orōnē præpara aiam tuā & noli esse quasi homo qui tentat deum Vbi dicit glos. q̄ deū tētat qui orat qd̄ docuit. s. dimitti sibi debita: sed nō facit qd̄ iussit qa nō dimittit ipse debita suis offensorib⁹. Qui em̄ se ad deuotionē nō disposuit cū orare vult nō faciat qd̄ in se est vt exaudiat a deo. Vñ quasi interpretatiue tentat quasi velit ,pbare si est ita bon⁹ q̄ etiā si nō queat exaudiri faciēdo qd̄ in se est: tñ velit deus eū exaudire & dare gratiam illam. Et licet hęc interpratiua tētatio videat ex præsumptione ,pcedere & indiscretione ut ſm bea. Tho. vbi. ū. hoc ſpm ad irreuerentiā pertinet dei vt homo præsumptuose & sine debita diligentia se habeat in his quę pertinent ad deū: hoc tñ cōiter nō est mortale. Tentat dei patientiā & bonitatē qui permanens in pctis sperans sibi dari a deo ante terminū vitæ spm cōpūctiōis: quasi velit ,pbare

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei patientiam si eũ ad pœnitẽtiã expectabit: contra quẽ loquit̃ apls ad Romn̄. An ignoras ꝙ benignitas dei ad pœnitentiã te adducit, tu aũt ſm duritiã tuã & impœnitẽs cor tuũ thesaurizas tibi irã. i. cumulas tibi punitionẽ dei. Exẽplũ de quodã iuuene leui & lasciuo q cũ esset deditus vitijs orabat deũ oi mane ante oiaꝫ nõ pmitteret eum mori sine auisamẽto. i. ꝙ prius sibi notificaret ꝙ morereꝫ. Quadam igit̃ vice cũ sic oraret apparuit ei angelus dicens se a dño ex auditum ꝙ non moreret. s. sine auisamento. Ex quare factꝰ magis securꝰ voluptatibꝰ mũdi insistebat: post aliquantũ tpis vno mane surgẽs de lecto sensit dolorẽ capitis: & cũ soch̃ eũ vocarẽt ad vana excusauit se nõ posse exire: sequenti die arripuit eũ febris licet lenta. amici & cõsanguinei inciti eũ admonere de cõfessione scientes vitã eius lubricam. Ipse aũt trusabat. Nunqd ego moriturus sum dicẽs qa vultis me cõfiteri? succrescit febris & illi magis hortant̃ ad pœnitentiã vt citꝰ sanitatem recipiat. Rñdit ille, bñ credo propter scelera mea h̃ accidisse: sed cõuementi ꝰ est ꝙ ego vadã ad ecclesiã ad cõfitẽdũ & ꝙdem laborẽ cõfessori ad venientẽ sustinebo. Cumq; inualuisset infirmitas & multũ grauaret & ipm̃ sui solicitarẽt. Non habeo inqt caput ad hoc præ dolore & grauamine: nescirẽ inquit dicere: sed alleuiatꝰ a febre volo facere qd̃ suadetis. Demũ apparuit ei angel̃ dicẽs. agnoscis me. Qui rñdit nõ. Ego sum ait angelus qui tibi annuntiaui ex parte dei ꝙ nõ morereris sine auisamẽto: ita tps est vt trãseas de hoc mũdo. Cui ille. Quõ est hoc nunquid deꝰ deceptor est ga promisit auisam̃tũ & nõ dedit? Cui angel̃. imo pmissum seruauit? Nã nũ solũ auisamẽtũ vnũ dedit sed multa: primũ, fuit dolor capitis: sed ſm febris: tertiũ solicitatio amicorũ: quartum augmẽtũ infirmitatis: sed noluisti audire tẽtando deũ & ideo oportet te exire. Et subito moriẽs ad inferna descendit &c.

¶ De schismate, & ibi tractaꝫ de duob̃ gerẽtib̃ se pro summo põtifice qd agendũ sit, p̃ serenitate cõsciẽtiæ. Ca. XI.

Schisma qd sit & vñ oriatur

SCHISMA EX SVPERBIA

& ambitiõe cõiter deriuaꝫ & charitate ecclesiasticæ vnitatis ꝓriaꝫ. Et sic põt diffiniri vel describi, Schisma ẽ vitiũ q̃ qs sub ſumo põtifice, ecẽ resculat & mẽbris ecclesiæ ei subiectis cõicare recusat. Pro cuius declaratiõe dicit. b. Tho. ñ. q. xxxix. ar. j. ꝙ nomẽ schismatis ſm Isid. lib. Etymol. a scissura aiorum vocatũ est Scissio aũt vnitati opponit̃. Vñ peccatũ schismatis dicit̃ qd̃ directe & per se opponitur vnitati. Sicut enim in rebus naturalibus id qd̃ est per accidens nõ cõstituit speciẽ: sic nec in rebus moralib̃ in qb̃ illud qd̃ est intentũ illud est per se: qd̃ aũt sequit̃ p̃ter intentionẽ q̃uasi p accidens. Vñ pctm̃ schismatis ꝓprie est spale pctm: eo ꝙ intẽdit se ab vnitate separare quã charitas facit: charitas autẽ nõ solũ alteram personam alteri vnit spũali dilectionis vinculo: sed etiã toram ecclesiã in vnitate spũs. Et ideo proprie schismatici dicuntur qui, ppria sponte & intẽtione se ab vnitate ecclesiæ separant q̃ est vnitas pricipalis. Nã vnitas particularis aliquorum ad inuicẽ ordinat̃ ad vnitatẽ ecclesiæ: sicut cõpositio singulorũ mẽbrorũ in corpe naturali ordinat̃ ad totꝰ corporis vnitatẽ. Ecclesiæ aũt vnitas in duob̃ attendit̃. i. in cõnexiõe mẽbrorũ adinuicẽ seu cõicatiõe: & iterũ in ordine oim mẽbrorũ ad vnũ caput. ſm illud Cor. ñ. Inflatꝰ sensu carnis suæ & non tenẽs caput: ex quo totũ corpꝰ per nexus & connexiões subministratum & cõstructum crescit in augmentum dei. Hoc aũt caput est ipe christꝰ cui̇ in ecclesia vicẽ gerit summꝰ põtifex. Et ideo schismatici, sũt q̃ vt dictũ est subeẽ renuũt summo pontifici & mẽbris ecclesiæ ei subiectis cõicare recusant. Hinc & pelagꝰ papa ait. Schisma siquidem ipsum quod græcũ nomẽ est scissuram sonat: sed i vnitate scissura esse non põt. Nõ ergo vnitati cõmunicãt qui schismaticis cõicant: partes ipsi sibi fecerũt & ab eo quod vnũ ẽ vt apls Iudæ iam verbis loquar semetipsos segregãtes spm̃ non habent. xiiij. q. j. schisma. Et q̃uis hæresis etiam diuidat hominẽ ab vnitate fidei catholicæ: tñ schisma est spale vitium distinctũ ab ipa: nã heresis opponit̃ directe & p̃se fidei: & schisma opponit̃ per se ecclesiasticæ vnitatis charitati. Et ideo sicut fides & charitas sunt diuersæ virtutes: q̃uis quicumq; caret fide caret & charitate non tñ econuerso. Ita hæresis & schisma sunt diuersa vitia: q̃uis hæreticus sit etiã schismaticus: sed nõ ecõuerso. Et hoc est qd̃ ait Hiero. sup epistolam ad Gal. Inter schisma & hæresim hoc arbitror interesse ꝙ

Schisma gręce dicatur scissura.

Est proprie speciale peccatũ schisma

hæresis peruersum dogma habet: schisma aũt ab ecclesia separat. xxiij. q. iij. inter. Et tñ sicut amissio charitatis est via amittendi fidem: ita schisma est via ad hæresim: vnde dicunt sicut dispositio & habitus: vel sicut genus & species.

§. LEST AVTEM SCHISMA PEC- Est mortale.

catũ absq; dubio mortale: qa cõtrariat̃ charitati ecclesiasticæ vnitatis. Si em pctm̃ qd̃ ꝓmittit̃ ꝙ charitatẽ alicuius psonæ particularis est mortale: vt odiũ particulare ꝙ proximũ multo magis qd̃ ꝓpetrat̃ contra charitatẽ totiꝰ ecclesiasticæ cõgregationis vt schisma. Bonũ em̃ quãto cõmunis tanto diuini ſm phũm: & pbñs melꝰ: & malũ ei oppositũ deteriꝰ: Patet etiã grauitas maxima huiꝰ pctĩ ex dictis sctõrũ. Dicit em̃ Aug. Neq; schismatici aliquid sibi ex iustitiæ mercede ꝓmittãt: qa vbi charitas nõ est nõ põt esse iustitia. Dilecto enim proximi malũ nõ operat̃. xxiij. q. j. vbi. Itẽ Beda sup Matthæũ. Quicũq; ab vnitate fidei vel societate: Petri aplꝰ quõlibet semetipsos segregauerint: tales nec a vinculis peccatorum absolui: nec ianuam regni cœlestis possũt ingredi q. e. qcũq; Segregat̃ aũt quis ab vnitate Petri per schisma p qd̃ qs nõ subiicit̃ summo põtifici q locũ tenet Petri. Itẽ Cyprianꝰ dicit, Cũcu schismatici: qa foris sunt. i. ecclesiã spiritũsanctũ nõ habẽt. q. e. dicim̃. Hoc idẽ ostẽdit ex gravi punitiõe eorũ diuina & humana. Et de diuina loquitur Cyprianus. vñ q. j. denicq. dicens, Denicq; q̃sit inseparabile vnitatis sacramẽtũ: & q̃ sine spe sint: & pditionẽ sibi maximã de indignatione dei acgrãt q schisma facitũ: declarat diuina scriptura in libris Reg. Vbi a tribu Iuda & Beniamin decem tribus scissæ sunt & relicto rege suo alterum sibi fortis ꝙstituerũt. Et indignatꝰ est (inqt dñs) oi semini Israel: & demoliuit eos & dedit̃ in directionẽ donec abiceret eos a facie sua: qa dissipatus est Israel a domo Dauid. iiij. Reg. xvij. Et tãta indignatio dñi exstitit ꝙ eos qui schisma fecerunt: vt etiam cum homo dei ad Hieroboã missus esset qui ei pctã sua exprobraret atq; vltionẽ futurã prædiceret: panẽ apud illos edere & aquã bibere vetaret̃: qd̃ cũ nõ custodisset & cõtra dñi præceptũ pransus fuisset: statim diuina cẽsura percussus est: vt inde regredi̇s impetu ac morsu leonis in itinere necaretur. iij. Reg. xiij. c. Sed adhuc in euangelio suo dñs maiorem suæ intelligẽtiæ lucẽ manifestat ꝙ idem qui tũc se a tribu Iuda & Beniamin sciderant: & Hierosolymis relictis secesserant Samariam: vt inter pseudo, pphetas & Gentiles computarentur. Nã cũ primũ discipulos in ministerium salutis mitteret mandauit & dixit. In viã Gentiũ ne abieritis: & in ciuitatẽ Samaritanoꝝ ne intraueritis. Et ad Iudæos priꝰ mittens Gentiles adhuc præterire iubet. Addendo enim Gẽtiles ciuitatem Samaritanorũ: vbi erant schismatici qui debebant omitti ostendit in hoc schismaticos Gentibus. t. Paganis cœquari. Et post pauca induxit exemplũ Dathan & Abyron & Chorę q fecerũt schisma in illo pplo. Hebręorũ cũ esset in deserto ꝙ Moysen & Aaron q̃rentes sibi vsurpare ducatũ ppli, ꝙ Moyse & summũ sacerdotiũ, ꝙ Aaron qui terribiliter a deo puniti sunt: nã vt dr̃ in Pã. Aperta est terra & deglutiuit Dathã & operuit sup cõgregatione Abyrõ iuxta vocẽ dñi Nume. xvj. Et exarsit ignis in synagoga eorũ: & flãma cõbussit ducẽtes. s. Chore cũ sacerdotib̃ copliciꝫ bus suis: vt habeꝫ Nũc. xvj. c. Hæc Cyprianꝰ. verum q̃uis schisma sit graue pctm̃ & grauius pctõ idololatriæ punitũ: qa adorãtes vitulũ aureũ gladio occisi sunt: vt habeꝫ Exo. xxxij. Schisma facientes. s. Dathã & Abyrõ a terra absorpti sunt: nõ sequit̃ ꝙ schisma sit grauius infidelitate: sed cõiter & ex gñe suo infidelitas grauius est. Rõ huiꝰ est ſm. b. Tho. ñ. q. xxxix. ar. ñ. qa cũ q̃rit in cõi de duob̃ pctis qd̃ sit grauius: intelligẽda est q̃stio de grauitate q̃ attendit̃ ſm genus peccati. Genꝰ aũt peccati seu spẽs attendit̃ ex obiecto: & iõ illud peccatum qd̃ maiori bono contrariatur illud ex gñe suo est grauiꝰ: sicut peccatũ in deũ est grauiꝰ ꝙ commissum in proximũ. Manifestũ est aũt ꝙ infidelitas est pctm̃ contra ipsum deũ ſm ꝙ in se est veritas prima cui innititur fides. Schisma est ꝓ ecclesiastica vnitatẽ q̃ est quoddã bonum participatũ & minꝰ q̃ sit ipse deꝰ: & ideo infidelitas ex gñe suo est grauiꝰ schismate. Sed si cõsidereꝫ grauitas pctĩ ex circunstantijs sic posset contingere ꝙ aliqs schismaticꝰ grauiꝰ peccaret ꝙ aliquis infidelis. & hoc, vel, ꝓpter maiorẽ contẽptũ vel, ꝓpter maiꝰ periculũ qd̃ inducit: vel, ꝓpter aliqd hmõi Nec obstat pdictũ si dicaꝫ ꝙ charitas cui opponit̃ schisma est maior fide cui opponit̃ infidelitas: & qd̃ opponit̃ maiori bono

schisma ẽ graue pctm̃ idololatria: sed infideli tas maximum

ri bono maius malũ est ſm phũm. viij. Ethic. Nam vt dicit Tho. vbi. s. Charitas habet duo obiecta. Vnũ principale. s. bonitatẽ diuinã. Aliud secũdariũ. s. bonũ ꝓximi. Schisma autẽ & alia pctã quæ sunt ꝑ proximũ opponũtur charitati quantũ ad secũdariũ bonũ qd̃ est minus bonũ q̃ ipse deus: & ideo ista pctã q̃ sunt ꝑ ꝓximũ sunt minora q̃ infidelitas Sed odiũ ꝓ deũ vtiq; grauius est infidelitate. Inter peccata

Odiũ ꝑ tñ cõtra ꝓximũ scisma est maximũ: qa ꝑ spũale bonũ mul-
deum ẽ titudinis. Itẽ nõ obstat si dicaꝫ quia Hiero. dicit. Quod gra-
grauiꝰ i ui̇ est punitũ: sceleratiꝰ esse cõmissum. xxiij. q. j. non affera-
fidelita mus. Sed schisma est grauius punitum idolatria: vt dictum
te. est, Nam vt dicit Tho. vbi. s. dictũ Hiero. verum cõiter de pœna in hoc mundo. Aliqñ tñ ex aliq̃ cã secus est. Et rõ est quia cũ pœnę sint q̃dam medicinæ ad arcẽdũ hoies a pctis: nõ aliqñ vbi ẽ maior ꝓnitas ad pctm̃ aliqd̃, seuerior debẽt pœna adhiberi: sicut etiã ab ecclia maior pnia iũgit̃ vxoricidæ q̃ matricidæ ex eo ꝙ priores sunt hoies ad occidendum vxorẽ q̃ matrẽ. Et sic ad propositum: ille populus erat pronus ad schisma & rebelliones: vt dr̃. j Esdræ. iij. Et ideo magis illud punitũ. Et etiã nõ erat ita notum ꝓpꝰ ꝙ sem per Moyses deberet esse princeps illius populi: sicut ꝙ deberet semper adorare vnũ deũ: qd̃ habebãt ꝓ legem: & ideo oportuit rebellãtes illi̇ principatui pœna incõsueta & horribili puniri. Itẽ qd̃ Cyprianus dixit schismaticos Gentilibus coæquari: hoc non est simpliciter verum: sed ſm quid quantum. s. ad separationem in genere ab ecclesia.

§. II. SCHISMATICI IN POENAM

priuant̃ ab ecclia potestate ordinis seu consecrationis: quo s. ad licitũ vsum: ptãte iurisditionis simpliciter: & ptãte administrationis in temporalibus. Pro maiori horum declaratione dicit. b. Tho. ij. ij. q. xxxix. arti. iij. ꝙ duplex ẽ potestas spũalis. Vna quidẽ sacramẽtalis quæ consertur per aliquã consecrationẽ quæ dr̃ potestas ordinis seu consecrationis: & hæc indelebilis est & auferri nõ põt sicut nec ipse character ab anima. Oẽs enim consecrationes sunt immobiles manẽte re quæ cõsecratur: sicut patet etiã in rebus inanimatis cõ tis. Nam altare semel cõsecratũ non consecraꝫ iterũ nisi fuerit dissipatũ: & ideo talis potestas remanet ſm essentiã suã n s non in hoie qui eam adeptus est: siue labatur in hæresim: siue in auferꝫ a schisma vel aliud malũ: qd̃ pater in hoc: quia talis rediens schisma ad ecclesiã non iterũ consecratur. Sed quia potestas inferior tico. non debet mitti in actũ: nisi ſm ꝙ mouetur a superiori potestate: sicut etiã patet in naturalib̃. Inde est ꝙ tales vsum potestatis amittunt. s. hæretici & schismatici. s. ꝙ nõ liceat eis illa sua potestate vti: si tamen vsi fuerint: eorũ potestas effectũ habet in sacramẽtalib̃: quia in his homo non operatur nisi vt instrumentũ dei: vnde effectus sacramentales nõ excludũtur, ꝓpter quãcũq; culpã cõferentis sacrm̃.

§. III. SECVNDA POTESTAS

est iurisdictiõis quæ ex simplici hoĩs inũctiõe cõfer̃: & talis ptãs nõ inuiolabiliter adhæret: vñ i schismaticis & hęreticis non remanet: sed ecclia auferꝫ ab eis. Vnde nec excommunicare nec ab̃soluere nec indulgentias dare possunt: aut aliquid hmõi. Qd̃ si fecerint nihil est actũ. Cũ g̃ dicuntur tales non habere ptãtem spũalem, intelligendum est de ptãte secũda: vel si intelligaꝫ de prima. s. cõsecrationis: referendum est hoc non ad essentiã ptãtis: sed quo ad legitimũ vsum ei̇. Et sic intelligendum est illud qd̃ ait Cyprianꝰ de nouatiano schismatico. vñ. q. j. Nouatianus. Qui nec vnitatẽ spũs nec conũctionem pacis obseruat: & se ab ecclesiæ vinculo atq; a sacerdotũ collegio separat. neq; epi potestatem potest habere nec honorem: qui epatus nec vnitatẽ voluit habere nec pacẽ. Hæc ille. Idem. Didicim̃ oẽs omnino hæreticos & schismaticos nihil habere ptãtis ac iuris. xxiij. q. j. didici

Sacra mus. Sunt g̃ vera sacra quæ cõserũt vel cõficiunt schisma-
schisma tici si seruẽt formã ecclię. Nec obstat qd̃ dicit Pelagꝰ papa
ticorum xxiij. q. j. schisma. videlicet, Schismatici ga in vnitate vnũ
sũt vera nõ sunt: vt qa in ptẽ esse voluerũt: vt qa spm̃ non habẽt: corporis christi sacrificiũ habere nõ possunt: & i fine. Noli g̃ inquit id̃ quasi nulla schismaticorũ atq; ecclię differẽtia sit velle in differẽter vtrorũq; sacrificijs sociari. Non est christi corpus qd̃ schismaticus conficit si veritate duce diriꝫ gimur. Hæc ille. Dicit em̃ ibi glo. Ioan. & bene ꝙ intelligit hoc vel cũ schismaticꝰ non seruat formã ecclię: vl si seruat dr̃ corpus christi nõ esse cõfectũ ab eis: quia non confert eis effectũ spũalem ipsius sacramenti. Vnde & Gratianus post longam disputationẽ huius materię. s. vtrum sacramenta hæreticorũ & schismaticorũ sint vera sacramẽta: quã ponit j. q. j. §. ex his verbis. Aug. post. c. qd̃ quidã. & i fine §. sic dicit. Sciendum ꝙ sacramenta hæreticorũ dicuntur irrita vl damnanda: falla & inania. f. in diuersis capitulis ibi positis non quantum ad se cum sint sancta & vera etiam ab hæreti co celebrata: sed qa cũ illicite dãtꝰ perfidis sint ad iudiciũ illicite accipientib̃ ab eis non conferunt spiritũsanctum ir rita & non vera dicunt̃: qa qd̃ ꝓmittũt & cõferre creduntur non tribuũt. Hæc ibi. Idem de schismaticis. Ideo autem recipiẽtes sacramẽta sciẽter ab hęreticis & schismaticis, ꝓprie & stricte dictis nõ recipiunt̃ esse tñ gratiæ etsi characterem quo ad imprimentia ipsum ſm Tho. quia ficti accedunt in hoc faciant cõtra præceptũ ecclesiæ hoc prohibentis: excepto baptismo in casu necessitatis.

Sacra hęretico ru dicũ tur irrita.

§. IIII. SCHISMATICI ETIAM

priuant̃ potestate administrationis temporaliũ & indignis tribus constituti: immo etiam & possessionibus suis. Vnde Aug. Relegãtur leges vbi manifeste pceperunt imperatores eos qui pter catholicæ ecclię cõmunionem vsurpant sibi nomẽ christianum: nec volũt in pace colere pacis autorem: nihil nomine ecclesiæ audeãt possidere. dist. viij. quo iure. Vnde & xxiij. q. vij. per totum dicitur ꝙ hæretici sunt suis & ecclesiæ rebus expoliandi: & qui possidẽt hæreticis ablata non dicũtur aliena possidere: quod videtur intelligendũ cum sit autoritate & licentia papæ vel dñi valentis dare hanc licentiã. Et idem iudicij dicit̃ de veris schismaticis. xxiij. q. j. qui contra. & xxiij. q. v. de ligurib̃. De aliis nationibus factis a schismaticis. s. de bonis ecclesiæ ꝙ nullæ sunt & nullius vigoris habetur extra de schisma. c. j. cũ glo. Item cum ordinatis scientẽr a schismaticis solus papa dispensat: sed cum ignoranter ordinatis dicitur eis prælatus potest dispensare. extra de eo q ab hære. ordi. cap. j. Sed quo ad prælaturam præcipue epatus solus papa dispensat. extra de elec. c. quia diligentia. ſm Hostien. Et cum reuertũtur ad ecclesiam recipiendi sunt ſm Ray. cum manus impositiõe & satisfactione vt spiritũsanctum accipiant quem extra ecclesiam non habent. xxiij. q. j. didicimus. Nec creditur ei si dicunt secum dispensatum: nisi ostendant dispensationem extra de schisma. c. ij.

schisma tici ex cõicanꝫ adde qd̃ notaꝫ i ca. schisma. xxiij. q. j.

§. V. SCHISMATICI INSVPER ET

per iudiciũ ecclesiasticũ excõicanf: & p potestates seculares diuersis modis coercentur. Ratio huiꝰ est ſm hea. Tho. ij. ij. q. xxxix. arti. iiij. qa vt dicit Sap. xj. Per quæ peccat quis p hæc & torquef. Schismaticus vt dictum est in duobus peccat. In vno quidẽ: quia separat se a cõione mẽbrorum ecclesiæ. Et quãtum ad hoc cõueniens pœna schismaticoꝝ est vt excõicentur, Vnde & Nume. xvj. dr̃ in figurã huius. Recedite a tabernaculis impioꝝ hoim: qui. s. schisma fecerunt Dathan & Abyron: & nolite tangere ea q̃ ad eos pertinent ne inuoluamini in peccatis eorum. Et xxiij. q. j. didicimus. In alio vo ga subdi recusant capiti ecclię: & ideo qa coercẽri nolũt per spũalem potestatẽ ecclesiæ iusta est vt temporali potestate coerceantur. Vñ. xxiij. q. v. quali nos. dicit ꝙ diuinæ & humanæ leges statuerunt vt ab ecclesiæ vnitate diuisi & eius pacẽ pertrahãtes a sęcularibus potestatibus comprimantur. Nec est inconueniens ꝙ duplici pœna puniantur s. spũali per excõicationẽ: & tẽporali p coertiones in rebus vel personis ſm hea. Tho. vbi. s. Cũ em̃ pœnæ hmõi vitæ sint medicinæ qñ vna non sufficit ad coercendũ hominem a malo superadditur meritoꝫ alia: sicut & medici circa infirmitates corporales: ita & ecclesia cum aliqui per excommunicationẽ non sufficienter reprimũtur adhibet coertionem brachij sæcularis. Sed si vna sufficeret non apponeretur altera. Vnde Pelagius papa. Quisquis ergo ab apostolicis est diuisus sedibus schismaticum esse non dubiũ est. & contra vniuersalẽ ecclesiã altare erigere conaf. De talibus insertus Calcedonensi concilio canon sic dicit. Qui a cõione seipsũ fuspendit & collectam facit & altare constituit & noluit vocanti epõ consentire neq; obedire & primo & secõ vocãti hunc omnino damnari: nec vnq̃ vel orationem mereri nec recipere eũ posse honorẽ. Si em̃ pmãserit turbas faciens & seditiones ecclesiæ: per extraneam potestatem ramq; seditiosum cõprimi: scilicet statuimus. xxiij. q. v. non vos. & i. c.

Tẽpora li ptãte coerceã tur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequē. qđ incipit, de ligurib⁹. sic idem ait, Regulæ patrum hoc spāliter constituerunt: vt si qua ecclesiastici officij pſona cui subiectus est restiterit vel seorsū collegerit aut aliud altare erexerit seu schisma fecerit iste excommunicetur atq; dānet: q; si forte & hoc contēpserit & permanserit diuisiones & schismata faciendo: per publicas pātes opprimatur. & paulo post. Mille alia exēpla & cōstitutiones sunt quib⁹ euidenter agnoscitur vt facientes scissuras in ecclesia sancta: non solum exilijs: sed etiam proscriptione rerum & dura custodia per publicas potestates debeāt coerceri: & quia solēt hmōi cum per violentiā coercētur cōqueri de iniustitia: ga cogi non debēt: nec etiā ad bonū. Respondet ad hoc Augu, dicens. Schismatici dicūt. Cui vim christus intulit: quem coegit. Ecce habent apostolum Paulum. Agnoscant in eum prius cogentem christum, postea docentem: pri⁹ ferientem postea consolantem. Mirum est quomodo ille qui pœna corporis ad euangelium coact⁹ intrauit plus his omnibus laborauit qui soloverbovocati sunt. xxiij. q. vj. schismatici. Et ad hoc facit quod habetur Matth. xxij. & Lucæ, xiij. Exi in vias & sepes & compelle intrare. s. in domum ecclesiæ. Item Augu. Quando vult deus concitare potestates aduersus schismaticos: aduersus dissipatores ecclesiæ blasphemi non mirentur: quia deus concitat vt a Sara verbere tur Agar. Cognoscat, se Agar: ponat ceruicem: quæ cum humiliata discederet a dña sua: & cōquesta esset angelo de dña sua. Rñdit. Reuertere ad dominam tuā ad hoc enim affligitur vt reuertatur. xxiij, q. iij. quando.

§. VI. SED QVID CVM DVO VEL

plures in ecclesia sunt gerētes se pro papa & quilibet eorum habet suā sequelā: qs eorū dicet schismatic⁹ cum suis sequacibus? Rñdeo. Aut constat & cōiter tenet⁹ q; quilibet eorū intrusus est. i. nō canonice electus. Aut conitat vnū eorum canonice & rite electū: videlicet a duab⁹ partib⁹ cardinalitū & sine violentia: & altus postea supinductus. Aut dubitat⁹ quis illorum sit canonice & rite electus vnus vel alter. Et in primo casu nullus eorū sed quilibet eorū schismatic⁹ est cū his qui scienter sequuntur ipsum & excōicati ipso facto. ex de elec. c. licet. & de hoc loquit⁹. lxxix. dist. c. si duo. vbi dr. Si duo forte ꝑ fas temeritate concertantiū fuerint ordinati. s. i summos pontifices: nullum eorū futurum sacerdotem id est summum pontificē permittimus: sed illū solum in sede aplica permāsurū cēsem⁹ quem ex numero clericorū noua ordinatiōe diuinū iudiciū & vniuersitatis clerus elegerit. Hæc ibi. Non obstat q; hoc statuit Honorius Augustus & ad imperatorem non spectat statuere aliquid de electiōibus ecclesiæ: sicut nec de reb⁹ alijs ecclesiasticis: vt dr dist. xcvj. bene. Hoc em̄ fecit rogatu ecclesiæ: & ecclesia approbauit: & sic potest & valet: acsi ecclesia fecisset ratione approbationis. Quādo ꝙ constat nullū eorū canonice electum: vt quia nō a cardinalib⁹; sed ab alijs: in quo casu loquitur. c. si quis ex epis. dist. lxxix. & c. si quis pecunia. Vel si a cardinalibus non tñ a duabus partibus. vt in decre. de elect. licet. qui tali adhæret vere schismatic⁹ ē. Et per cōciliū ꝓuidendum esset cum cardinales hmōi causa essent: als ipi cardinales alium canonice eligent: & ille verus apostolicus erit. Et nota q; ex hoc q; electio papæ simoniace facta esset a cardinalibus: dū modo als rite cassari non posset: nec tolli quin sit verus papa. Et similiter quātiscūq; criminosus & irregularis esset electus: vt dicit glos. super. c. si quis pecunia. & plenius glos. in cap̄. j. In sed'o casu cum. s. constat vnum canonice electū: & postea alius se intrudit: sicut cornelius papa qui Fabiano successit: & post eū canonice creatum: Nouatianus quidam papam se fecit. Tunc primus est aplicus verus: & alius apostaticus antipapa: & antichrist⁹ schismatic⁹ ꝙ cum sequacibus eius. Vnde & Gratia. post dictū. c. si duo. distin. lxxix. §. sequē. dicit q; hoc. c. de eo non intelligendū est qui vno per apostasiam ordinato a cardinalibus & religiosis clericis aplicæ sedis in thronizatur: etiam si ille apostatic⁹ ita cathedram Petri violenter tenuerit: vt canonica electio intra vrbem fieri non valeat. Hæc ibi. Et ad hoc optime facit quod dicit Cyprianus. vij. q. j. c. factus. Fact⁹ est Corneli⁹ epūs dei & christi ei⁹ iudicio & de clericorū pœnæ oīm testimonio: de plēbis q; tūc affuit suffragio: de sacerdotū antiquorū & bonorū virorū consensu: cū nemo añ se factus esset: cū Fabiani locus, i. cū locus Petri & gradus cathedræ sacerdotalis vacaret: quo occupato & de dei voluntate atq; omnium virorū cōsensu sit mato: qs qs tā eps fieri voluerit sors fiat necesse ē: nec habet ecclesiastica ordinationē qui ecclesię nō tenet vnitatē: quisquis ille fuerit: licet de se multum iactans & plurimum sibi vendicans: profanus est: alienus est: foris est: & cum post primū esse nō possit. quisquis post vnū qui solus debet esse factus est: iam non secundus ille: sed nullus est. Hæc ibi & i seq. c. dicit idem. Nouatian⁹ epūs non est qui Cornelio episcopo in ecclesia a. xvij. epūs facto adulter atq; extraneus epūs fieri a desertoribus per ambitum nititur. Et contra tales sic intrusos imprecantur multæ maledictiones. dist. xxiij, in nomine dñi. Sic sub Eugenio. iij. factum est schisma tempore beati Bernardi. Nam ipso Eugenio rite electo alius intrusus ē: sed meritis & laboribus ipsi⁹ Bernardi ablatum est illud schisma: & remanente Eugenio in sede apostaticus ille ad nihilum redactus est. Deinde sub tpe Ioanne. xxij. factum est aliud schisma. Nam cum ipse Ioannes per extrauagantem suam declarasset, fore hæreticos qui christum assererent pertinaciter nil possedisse in cōmuni etiā mobile: cū sit cōtra euāgeliū expresse. vt patet Ioan. xij. & xij. q. j. habebat dñs. Quidā nūcupati Fratricelli de opinione fecerunt schisma asserentes papam Ioannem hæreticum cum successorib⁹ & sequacibus eius: & fecerūt aliū papam Pisis: & adhuc perseuerat ille hæresis in quibusdam, Græci etiā circa annū dñi nongentisimū schisma facientes inhæresim etiā inciderunt de spūsancto reprobatā. extra de sum. trini & fi. ca. c. j, lib. vj. sed reducti ad vnitatē ecclię & veritatē fidei sub Eugenio. iiij. qui nunc Petri sedem tenet.

In tertio vero casu. s. cum dubiū est quis illorū duorum sit canonice electus: puta quia electio primi dicitur facta per metum qui cadit in constantem virum: cuius a duabus partibus cardinalium: postmodū ab eisdē fit electio alteri⁹ sine violentia & metu quocumq;. Sicut accidit casus circa dñi. M. ccclxxx. annos. Nam mortuo Gregorio. xj. cardiales dēbentes procedere ad electionem successoris: fuerunt vt dr a Romanis cōminati q; occiderent⁹ si non eligerent Italicum aliquē. Elegerunt ergo archiepūm Bareñ. qui tūc erat Rome exprimentes ei q; eum eligebant ad vitādū periculū seu fingebāt eligere: sed postea data oportunitate alium libere & non coacte intendebāt eligere. Electo igit illo qui Vrban⁹ vj. dictus est. Ille vt fertur dixit q; si volebant eum eligere volūtarie eligerēt: qa intēdebat papa esse. Publicato igitur illo Vrbano ꝙ papa & a cardinalib⁹ ipsis adorato & consecrato de consensu eorum a principib⁹ christianitatis hoc p eos significato q; canonice esset electus. Inde post aliquot mēses ipsi cardinales recesserunt ab eo & fugientes ad ciuitatē Fundensem: q; est in principio regni: ibi elegerūt aliū q; dictus est Clemens. vj. qui trāstulit curiā suā in Auinionē. Illūq; venerata est pro papa tota Francia & Hispania & Cathalonia: Alteri vo. s. Vrbano adhæsit obediens Italia: Alemania & vngaria: perseueraui tq; hoc pessimum schisma vltra triginta annos. Cum igitur hic esset dubiū & ignorātia facti: qa exceptis cardinalib⁹ & paucis alijs tunc p̄sentibus: cæteri scire non poterāt si talia sic ꝓcesserūt vel aliter: cum diuersi diuersimode gesta referrent. Et partim etiam ignorantia iuris: qa dubium versabat⁹ apud peritissimos vtrū fuerit talis met⁹ qui cadere posset in constantē virū: nec ne. Vel etiā qa post electionē habuerunt tempus liberū ad recedēdū: & nō fecerunt q; citissime. Sed econtrario per signa expressa, ostenderunt voluntarie & libere facta electionem. Ignorantia autē facti cum probabilis est excusat: sicut excusatur Iacob cognoscens Lyā nō vxorē suā ꝙ Rachele vxorē sua: qđ etiā expresse dr. j. q. iij. §. notandum. Et pleni⁹ in glo. ibi quæletiā declarat, quō dicat ignorantia probabilis q; excusat siue sit de facto ꝓprio siue alieno. Ignorātia iuris ciuilis seu canonici ad quod spectat huius materiæ discussio vt dicit ibi glo. etsi non excusat cum est tale quod quis de facili per se scire pōt: vel per alios: dum tñ habeat copiam peritorū. vt. ff. de iur. & fac. igno. & dicti. xxxvij. si i laicis. Excusat tamen si est tale ius qđ quis nec per se nec per alios scire pōt: cum peritissimos fallat & diuersi cōtraria sentiāt. ar. dictin. xxxvij. §. vlti. cū glo. Ideo in illo schismate illi fuerunt vere & ꝓprie schismatici qui p̄sentes & scientes factū contra iura scienter: vel ō cōscientiā fecerūt schisma tale passionibus ductori amoris vel odij: cupiditatis & ambitiōis Alij vo qui vni vel alteri Vrbano. s. vel Clementi obedientes adhærebāt moti ad huiusmodi tenendū non tēporaliter: sed ex cōscientia ex auditis consilijs peritorū non erant vere &

Intrus⁹ ad papa tū ē schismaticus

Post ca nonice electum se intrudens est schisma ticus.

Cūdubi tal⁹ quis sit canonice electus.

Schismatici vj & Clementem, vj.

Aliud schisma iter Gregoriū & Benedictum.

Ignorātia quō excusat.

vere & ꝓprie schismatici: etiam si ei q; non erat verus adhæsissent: qa præter intentionem eorū erat error & diuisio eorum. Quis enim ignorantia iuris diuini vel naturalis neminem excusat: vt dicit Graria. in dicto. §. notādum. ibi nō erat talis ignorantia: quia etsi credere in vnum caput: sicut in vnā catholicam ecclesiam: sit de articulis fidei quę spectat ad ius diuinum: tamē hūe credere esse illum vnum caput vel aliū cū duo sunt gerētes se pro papa, nō est articulus fidei, sed qui fm iura ecclesiæ est electus: quod scire pertinet ad factū & ius canonicum. Quis ergo vna pars excōicaret alteram cum sequacib⁹ & schismaticā nuncuparet qui simpliciter inhærebant excusari videbātur a vitio schismatis. Durante illo schismate post Vrbanū successit ex illa parte Bonifacius. ix. Bonifacio successit Innocēti⁹ vj. Innocentio Gregorius. xij. Ex alia parte Clemēti successit Benedictus. xij. Sub his autem. s. Grego. xij. ex vna parte: & Benedicto ex alia factum est aliud schisma circa annos domini. M. cccc. x. Nam recedentibus cardinalibus ab vtroq; papa & cōuenientib⁹ Pisis ibiq; conciliū vniuersale celebrātib⁹: depositis illis duobus. s. Gregorio & Benedicto per concilium vel cōciliabulum sub ea videlicet ratione depositis: quia dicebantur scādalizare facto suo publico toram ecclesiā cū non vellent cōuenire simul in aliquo vno loco vt ꝓmiserant & iurauerant ad dandum effi caciter vnionē ecclesiæ. Demū creatus est Pisis Alexander qui dicebat⁹ prius Petrus de Cādia Cardinalis ordinis minorum. Cui successit Ioannes. xxiij. Bononię electus. Et cū pene oēs reges & principes christianitatis dimissis Gregorio & Benedicto obedientiā dedissent Alexādro & successori suo: tñ adhuc maximum dubium erat vtrū illud Pisis celebratū fuerit verū generale cōcilium vel cōciliabulum cū nullus eorū qui se gerebant pro papa fuerit auctoritate congregatū. Itē vtrum causa propter quā fuit creatus ille tertius. s. Alexander valet: quia Gregorius & Benedict⁹ scandalizabāt ecclesiam ex facto suo: quia. s. dissimulabāt vnionem dare ecclesiæ vt promiserant, esset vera. Nam de Gregorio repertum est cōtrarium: vt apparuit de facto postea: quia sponte renuntiauit in concilio Cōstantiensi⁹. Et vtrū potuerit illos deponere, p illa causa: & per cōsequens ibi creat⁹ esset ver⁹ papa. s. Alexāder vel antipapa. Ex qua cūq; trium partium quicūq; simpliciter credebat suum eē verū papam & non aliū motus conscientiæ dictamine paratus etiā alteri adhærere si hoc sibi cōstaret excusatus creditur a vitio schismatis & sententijs eius. In cuius signum est q; in qualibet obediētia erāt multi & peritissimi & sanctissimi viri: & cū deus & natura nō deficiat in necessarijs: sed vnctio doceat de omnib⁹: vt dicit Ioannes in canonica sua. Non est credēdū spiritū sanctū deseruisse ecclesiā cui⁹ instinctu regitur. dist. viij. qui contēpta. Vel christū receſſisse a suis qui dixit. Ecce vobiscum sum omnibus diebus Matth, vlti. Si error ille fuisset periculosus & damnabilis.

cationẽ bonorũ & q̃ ad quẽrationẽ eor̃. Et quãtũ ad primũ ꝓ sit necessaria, ꝓbat' sic. Illud em sine q̃ null⁹ eligit viuere etiã habitis & pñtib⁹ oĩb⁹ necessarijs ad vitã est sũme necessariũ: sed ħ est sic'm bñficiũ: ꝓcipue ꝓ diues vel princeps vel potẽs ipẽdit alijs: qa nulla est vtilitas bonor̃ fortunæ si ex his alijs nulli bñfaciat: bñficiũ sit maxie & labilissime ad amicos: q̃ amicitia quo ad cõicationẽ & distributionẽ bonor̃ diuitib⁹ est necessaria. Quãtũ ad secũ stributionẽ bonor̃ diuitib⁹ est necessaria. Quãtũ ad secũ dũ. s. cõseruationẽ bonor̃ est necessaria amicitia diuitib⁹ qa bona fortunæ sine amicis cõseruari nõ pñt: & qa fortuna quãto est maior tãto est min⁹ secura: qa plures habet inuidiatores. Et iõ qa quãto qs maior est i bonis exterioribus tãto est instabilior: nisi cõtineat: sicut & maxia arbor idiget multis fulcimẽtis & radicib⁹ a natura patis: & firmami ci fiũt sicut virtutes naturales cõseruãtes aliquẽ i vltio statu. Sed'o est amicitia vtilis & necessariũ paupib⁹. Illud' em ad qd' qs cõfugit i infortunijs est maxie necessariũ: sed paupes hoies refugiũt ad amicos: eo ꝓ ẽstimãt diuites eẽ pauptatis eor̃ refugiũ singulare. In angustijs em cõprobatur amic⁹ ait Salo, Vñ sequit ꝓ in oi infortunio amici sũt vtiles & necessarij. Tertio iuuenib⁹ etiã amicitia ẽ necessaria Hui⁹ rõ est: qa in iuuenib⁹ abũdat ꝓnitas ad peccãdũ, ꝓpter cõcupiscẽtiã delectationũ q̃ est in eis. ꝑm illud Gen. viij. sensus em hoĩs & cũcta cogitatio ꝓna sũt ad malũ ab adolescẽtia sua. & Eccl's. xij, Adolescẽtia & voluptas vana sunt. Cõiungit voluptatẽ adolescẽtię: qa iuuẽt⁹ habet multã ꝓnitatẽ ad eã. Ista aũt ꝓnitas ad malũ p amicos religat scilicet exhortatiõib⁹: cõsilijs: & reprehẽsiõib⁹: vñ, ꝓhibẽtur a peccãdo. Quarto amicitia est necessaria senib⁹: hui⁹ rõ est: qa illis q̃ indigẽt reuerẽtia & carẽt naturali potẽtia valet obsequiũ famulat⁹: sed senes sunt hmõi. Nã senes, ꝓpter reuerentiã q̃ eis debẽt: & ꝓpter naturalẽ impotẽtiã. s. ꝓpter debilitatẽ corporis ex qua deficiũt in suis actiõib⁹ & patiũtur defect⁹ multos indigẽt amicitia ad cõplendũ suas actiões: & ad subueniendũ suis defectib⁹: ꝓpter qd' orabat Pẽ. lxx. Ne ꝓijcias me in tẽpore senectutis: & cũ defecerit virtus mea ne derelinq̃s me dñe. q̃ &c. Hęc Aristo. viij. Et ẽ. c. j. & b. Tho. & Alb. sup illo loco i scriptis. Quinto amicitia est vtilis & necessaria tribulatis eo ꝓ illi q̃ sũt in tristitia alleuiationẽ quãdã sentiũt ex ꝑsentia amicorũ cõdolẽtiũ eis. Ex ꝑsentia em amici magnitudo vel grauedo tristitiæ: alleuiat' qd', ꝓbat ꝑ sil'itudinẽ. Sicut em põd⁹ graue qd' solus vn⁹ portat, alleuiat' ex societate alteri⁹ se cũ portãtis: sic onus tristitiæ leui⁹ & melius fert vn⁹ si ali⁹ secũ ferat. ꝑm illud. Solatiũ est miseris socios hr̃e ꝓnarũ. q̃uis em tristitiæ illius quã tribulatus patit numero ꝓ amicus nõ assumat: assumit tñ partẽ quãtũ ad cãm dũ parte dãni subtr̃t amic⁹ ex q̃ tristitia orta est: vel ꝑ cõpassionẽ ꝑm illud. ij. Cor̃. xij. Quis infirmat & ego nõ infirmor &c. Dũ em q̃ tribulat' videt amicũ suũ pñtẽ: & de sua tristitia cõdolẽtẽ minuit dolor su⁹. Cõsolat' etiã tribulat⁹ ab amico visiõe eius: sermõe & ope. Arist. & b. Tho. i scriptis ibi.

Sexto est necessaria pfectis. i. illis q̃ sunt in summo. i. pfecta ętate. qd' sic, ꝓbatur. Quocũq; fuerint hoies potẽtiores ad agẽdũ in vita actiua: & intelligẽdũ in vita cõtẽplativa illud est necessariũ ad vitã. Sed amicitia est hmõi. Cui⁹ rõ est: qa null⁹ quãtũcũq; pfect⁹ eligeret viuere solitari⁹ etiã si omia alia bona haberet: eo ꝓ hõ naturali'r est aial politicũ & sociale aptus q̃uiere alijs & cõuenientius virtuosis & pfectis a qbus adiuuat: & in actiõe vitę actiuę: dũ qd' vn⁹ nõ videt vel põt alius videt & põt: & i actiõe vitę cõtẽplatiuę quãtũ ad doctrinã & disciplinã cũ ab alio adiuuat. Sciẽdum tamen ꝓ cũ dr̃ amicitia esse necessaria etiã fœlicibus seu perfectis: intelligendũ est de fœlicitate vitæ ꝑsentis Nã de pfectiõe seu fœlicitate patriæ nõ est necessaria amicitia hoim: quãtũ scilicet ad necessitatẽ beatitudinis. Et rõ est: qa ille q̃ tota plenitudinẽ suę bitudinis seu pfectionis habet i vno nõ idiget alio. Sed btũs i pria habet totã plenitudinẽ suę pfectiõis i deo: vñ nõ idiget amicitia cuius cũ ꝓ alteri⁹. Vñ & dr̃ Sap'. vij. Venerũt aũt mihi oĩa bona pariter cũ illa. s. diuina sapẽtia q̃ ꝫsistit i clara dei visiõe & cõtẽplatione facit tñ ad bñ esse btitudinis patrię amicitia seu societas sctoꝝ: inuicẽ pfecte se diligẽtiũ. Et ꝑm hoc põt intelligi illud Boe. s. ꝓ nullius boni sine socio ẽ iocũda & pfecta possessio. s. quãtũ ad ꝑmiũ accidẽtale patrię. Sed loquẽdo de fœlicitate seu pfectiõe vitę pñtis: tũc est necessaria amicitia: nõ qdẽ amicitia q̃ fundat' sup delectabili: vel

Susurratio est mortale.

Iuuenes amicitiã fouere debẽt

perfecti necessarium est habere amicitiam.

sup vtili: sed amicitia q̃ fundat' sup honesto seu virtutib⁹. Et rõ huius inter ęteras est qa ad fœlicitatẽ ꝑtinet ꝓ fœlix delectet in ope virtutis. Et qa nõ possum⁹ delectari nisi i eo qd' cognoscim⁹. Magis aũt possum⁹ speculari ꝓximos nostros q̃ nosipsos: & etiã actiones ꝓximorũ q̃ nr̃as: qa vniuscuiusq; iudiciũ in ꝓprijs magis deficit, ꝓpter priuatũ affectũ quẽ habet gliber ad seipm. Et iõ oportet ꝓ fœlici sint delectabiles opariões bonor̃ & virorũ & ꝑfectorũ. sicut musicę delectat' in bonis melodijs: sic fœlix gaudet in bonis operibus amici: & sic indiget amicitijs.

§. IIII. TERTIO SVSVRRATIO

includit i se nequitiã mortalẽ: & est q̃ ꝑceptũ dñi dicentis Leuit. xix. Nõ eris criminator & susurro i ꝓplis. Criminator dicit q̃ publice accusando vel cõuitiãdo pctã alijs ipo nit. Susurro aũt occulte vt dictũ est: qa notabile nocumẽtũ ꝓ hoc vitiũ infert, ꝓximo: iõ est mortale & graui⁹ de se q̃ detractio. Rõ huius est ꝑm. b. Tho. ij. ij. q. lxxiij. ar. ij. quia pctm i ꝓximũ tãto ẽ graui⁹ quãto p ipm mai⁹ nocumẽtũ infert, ꝓximo: tãto aũt nocumẽtũ est mai⁹: quãto mai⁹ est bonũ qd', ꝓximo tollit: sicut maius bonũ est vita hoĩs: q̃ diuitię q̃ ordinant ad sustẽtandũ vitã: & ideo graui⁹ est homicidiũ per qd' tollit vita hoĩs q̃ furtũ vel rapina p quã tollit substãtia tpalis seu diuitię. Inter ęteras vo exteriora bona ꝑminet amic⁹: qa sine amicitia null⁹ viuere põt vt patet p ꝑm. viij. Ethic. Et qa bona fama q̃ p detractionẽ tollit ad hoc maxime necessaria ẽt hõ idone⁹ ad amicitiã habeat. Et iõ susurratio est graui⁹ pctm q̃ detractio vel cõtumelia: qa amicus meli⁹ est q̃ honor: & amari magis q̃ honorari ꝑm ꝑm in. viij. Ethi. Quãuis enim detractor aliquando dicat maiora mala q̃ susurro: tñ qa grauitas peccati attenditur ex fine magis q̃ ex materia: ideo est grauius susurratio quę intendit tollere maius bonum.

¶ De exultatione in aduersis proximi. Ca. VI.

EXVLTATIO IN ADVERsis ꝓximi est qnta filia inuidię: & ꝓpinquatẽ habet ad crudelitatẽ & sęuitiã q̃ virtuti clemẽtię opponit. Nã crudelis exultat in pœnis alterius: ipa etiã crudelitas ex odio & inuidia ꝓcedit: vñ de ipa crudelitate hic breuiter dicẽdũ. Est aũt crudelitas ꝑm Sene. atrocitas animi in exigendis pœnis. Est aũt dr̃ia inter crudelitatẽ & sęuitiã & diuersa vitia sunt. Pro quor̃ declaratione sciẽdũ ꝑm Tho. ij. ij. q. clix. ar. j. Nomẽ crudelitatis a cruditate sumptũ videt. Sicut aũt ea q̃ sunt deco & digesta solent habere suauẽ & dulcẽ saporẽ: ita illa q̃ sunt cruda habẽt asperũ & horribilẽ saporẽ. Clemẽtia aũt importat quãdam lenitatẽ seu dulcedinẽ animi per quã qs est diminutiu⁹ pœnarũ. Vnde crudelitas ei opponit' vtvitiũ per qd' quis excedit mẽte in pœnis inferẽdis. Epikeia quidẽ quę est pars iustitię: alio nõie ęqtas dr̃: pœnas debitas ex defectu cõmisso diminuit ꝑm ramen ꝓ ratio dictat vt ad tollẽdũ scandalũ & hmõi. Sed ipsa dulcedo affect⁹ ex qua homo ad hoc inclinat' pertinet ad clementiã: ita & ecõtrario ipse excessus pœnarũ quãtũ ad id qd' exteri⁹ agitur pertinet ad iniustitiã. Sed quantũ ad austeritatẽ animi per quã quis prõptus est ad augendas pœnas pertinet ad crudelitatẽ. Sicut etiã differt misericordia a clementia: eo ꝓ ad misericordiã pertinet alienæ miseriæ subuenire per beneficij collationẽ: ad clemẽtiã vero miseriã diminuere per pœnarũ diminutionẽ: ita differt immisericordia a crudelitate: quia per immisericordiã non subuenit quis miserię proximi dãdo beneficiũ cum debet: per crudelitatẽ ad auget miseriã pœnę vltra debitũ rõnis. Tamẽ, ꝓpter similitudinẽ rationis harũ virtutũ. s. clemẽtię & misericordiæ quia vtraq; refugit & abhorret miseriã alienã: sumit' vna pro altera. Et sic etiã vitia eis contraria. s. immisericordia & crudelitas sumit' sꝑ vnũ pro alio. Differt etiã, ꝓprie sumẽdo crudelitas a feritate. Nam nomẽ sęuitiæ & feritatis a similitudine ferar̃ accipitur q̃ etiam sęuę dicunt. Hmõi enim animalia nocent hominib⁹: vt ex eor̃ corporib⁹ pascatur: nõ ex aliqua iustitię causa cuius ꝫsideratio ad solã rationẽ ꝑtinet. Et ideo proprie loquẽdo feritas vel sęuitia dicitur ꝑm ꝓ aliquis in pœnis inferẽdis non cõsideret aliquã culpã eius qui punit: sed solũ hoc ꝓ delectatur in cruciatu hoĩs: & sic cõtinet sub vitio bestialitatis. Nã talis passio nõ est humana sed bestialis: prouenit⁹ vel ex mala cõsuetudine: vel ex corruptione naturę sicut & alię bestiales affectiões. Sed crudelitas attẽdit culpã in eo qui punitur: sed excedit modũ in puniẽdo. Et ideo crudelitas differt a sęuitia seu feritate: sicut malitia hũana a bestialitate: vt dicit' in. vj. Ethi. Et sicut crudelitas q̃ est malitia humana opponit' clemẽtię q̃ est virt⁹ humana: ita sęuitia seu feritas quę est passio bestialis opponit' virtuti quã ꝓhs hęroicã seu dñicã vocat: & ꝑm nos ꝑtinere videt ad donũ pietatis: hic aũt sumit' crudelitas large. Seuerus aũt ꝑm isid. in. lib. Etymol'. dr̃ quasi sæuus & ver⁹: qa sine pietate tenet iustitiã in puniẽdo: & ꝑm Tho. Non tñ simpl'r seuerus dr̃ sęuus: qa sęuitia importat vitiũ: seueritas aũt virtutẽ. Sed dr̃ sęuus circa veritatẽ propter aliquã similitudinẽ ad sęuitiã q̃ nõ diminuit pœnas: sed ħ agit seuer⁹ cũ rõne. s. vt nõ recedat a veritate iudicii. Seuer⁹.

De crudelitate ppli Iudaici erga christũ ait Pẽ. Non est recordat⁹ facere miam: sed psecut⁹ est hoiem & mẽdicũ & inopẽ. s. christũ. Super quẽ versum Cassiod. ait. Persequi hoiem facit aut diuitiarũ ambit⁹ aut supbię odiosa iactãtia. Pauperẽ ꝫo & mẽdicũ inseq̃ sola crudelitas facit: cui⁹ nec honor quęrit nec abũdãtia facultatis ambit'. hęc ille. Debet aũt euitari crudelitas: quia deo & hoĩbus displicet & deus maxime laudat' ex clemẽtia & mia: & debet euitari.

¶ Vt circa subditos non exerceatur.

¶ Vt circa propinquos non habeatur.

¶ Vt circa afflictos non exhibeatur.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

Sicut misericordia & clemẽtia reddũt rectorem amabilẽ subditis: qd' patule & necessariũ est: ita inhumanitas & crudelitas reddũt eũ exosum. vñ Prouer. xx. dr̃. Misericordia & veritas custodiũt regem: & clementia firmatur thronus eius & Eccl's. vij. c. dicit'. Noli esse nimis iustus: est q̃ perit in iustitia sua. Dicitur nimis iustus qui est nimis seuerus in corrigẽdo: crudelis in puniẽdo. In arca autem dñi fuit non solũ virga Aaron: sed & mãna suauissimũ: ad significandũ ꝓ in mente ꝓsidentis qui figurat' per arcã dñi in qua lex dñi debet ꝓtineri: nõ solũ virga districtiõis & rigoris iustitię debet seruari: sed & mãna mię & clemẽtię vitã do crudelitatẽ. Qd' docet Grego. in. xxxj. Moral. sic dicens Sit rigor. s. in rectore. sed nõ exasperans. sit zelus: sed non immoderate sęuiẽs. sit pietas: sed non plus q̃ expedit parcens. Sic bonus ille Samaritanus in vulneribus sauciati lis, ad curãdũ eũ immisit oleũ & vinũ: nõ solũ mortificatiuũ sed & oleũ lenitiuũ: vt habet Lu. x. Et ex hoc sequit mel⁹ emendatio criminũ. Vnde dicit Leo papa. Leniter castigatus reuerẽtiã exhibet castiganti. Asperitas autẽ nimiæ increpationis nec correptionẽ recipit nec salutẽ. di. xlv. cũ beatus. Sed vt dicit Salomõ Prouer. xij. Viscera impiorũ crudelia. Non em habẽt misericordiã & cõpassionẽ humanę cõditioni. Hiere. vj. Crudelis est & nõ miserebitur. Verum vt dicitur Iaco. ij. Iudiciũ. s. damnationis & seuerę punitiõis sine misericordia fiet illi qui nõ fecit misericordiã sicut patuit in Adonibezech rege. Nam captus a filijs Isr'l fecerũt ei amputare summitates manuũ & pedũ. & vinculatus ductus est Hierusalem: qui dixit. Septuaginta reges erant quibus amputatis summitatib⁹ manuũ & pedũ a me comedebant reliquias cibor̃ quę cadebant de mensa mea Sicut fecit ita & reddidit mihi dñs. Iudicum. i. Sicut ergo fuit crudelis alijs: ita & ipse expertus est crudelitatem. Cyrus rex qui fuit valde crudelis delectabiliter fundens humanũ sanguinẽ cum fuisset captus a regina Damari cuius filiũ ille occiderat: fecit ei caput amputari & i vtre sangui delitare immergi dicens. Sanguinẽ sitisti: sanguinẽ bibe: id est Cyri re sicut fuisti alijs crudelis: ita & erga te exercebitur crudelitas: vt non parcatur tibi, ꝓpter regiã ãgnitatẽ: vt fieri solet. Sicut aũt rector debet cauere sibi a crudelitate & feritate in factis erga subditos: ita etiã in ẏbis non debet esse Rector asper & durus nimis. Nam dicitur. Prouerb. xv. Sermo dulcis ꝓ fusc̃at furorẽ: qd' verificatũ est in filio eius Roboã in suis nõ principio regni sui. Nam cũ populus Israel rogaret vt mi debet eẽ mueret ei grauamẽ expẽsarũ & exactionũ quę fuerãt impo crudelis sitę a patre: ex cõsilio iuuenũ respõdit dure populo dicẽs. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Pater meus imposuit sup vos iugũ graue: ego aũt superaddã pater meus cecidit vos flagellis: ego aũt cædam vos scorpionibus. iij. Reg. xij. Ex qua duritia & crudelitate sermo

Crudelitas fa cit odio sum,

Rector non sit crudelis,

Deseritur crudelitas.

Crudelitas.

Immisericordia.

Sęuitia feritas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amanagigites.

nis ppls recessit a dño & obediẽtia. Insuper & Amã Agagites qa fuit ita crudelis q̃ ꝓpter odium & inuidiã ad honorẽ Mardochei dolose impetrauerat lras a rege Asuero. q̃ oẽgen⁹ Iudeoꝝ vbicũq; inuenirent certa die expssa in lris deberent occidi: de cuius crudelitate Hester dixit regi Asuero: hmõi crudelitas redundat in regẽ. Hester. vij. Et ipse Asuerus de eo scripsit. Aman genere & mente Macedo a Perarũ sanguine alien⁹ pietatẽ nostrã sua crudelitate cõmaculas peregrin⁹ susceptus est a nobis. Hester. xvj. Tandẽ crudelitas redundauit in caput suũ. Nam ad supplicationẽ regine Hester reuocate sunt literę: & in contrariũ mutate ordinatiõe facta q̃ oẽs inimici Iudeorũ q illa die cupiebãt & intẽdebant occidere eos: ipsi occiderẽtur. Ipse Aman ex ꝑcepto regis suspẽsus in cruce alta. l. cubitis quam parauerat Mardocheo. Hester. vij. Narrat etiam Greg. in. iij, Dial'. q̃ quidam miles ex mortuis resuscitatus Rome retulit multa que vidit in alia vita. & iter cetera q̃ viderat quẽdam noie Petrum: qui officialis fuerat in curia Romana i fluuio sctẽti in loco pœnali presso magno põdere ferri: & dictũ fuit ei q̃ idcirco illam pœnam patiebatur: qa cũ ex officio haberet facere aliquã punitionẽ nõ obediẽtia iniuncti officij: sed magis crudelitas ad punien-

cõfessores non sint crudeles.

dum illũ trahebat. Confessores quoq; & cõsulentes in foro cõscientię iniungendis pœnitẽtijs: vel in allocutiõe ad pœnitẽtes debẽt etiã cauere a crudelitate & duritia sermonis: nisi cũ expedit rõne obdurationis hoim: qñ duleibus monitis non mouentur vt fecit Stephan⁹ ꝓtomartyr dicens Iudeis cõtra quos dispurabat. Dura cervice & incircũcisis cordibus & auribus: vos spũsancto semp restitistis Act. vj. Primum docet Chris⁹ dicẽs. Si erramus modicam pœnitẽtiã imponẽtes: nõne meli⁹ est ꝓpter misericordiã reddere rationẽ q̃ ꝓpter crudelitatẽ? Vbi paterfamilias largus est: dispensator non debet esse tenax. Si deus benignus vt qd sacerdos eius vult videri austerus? xxvj. q. vij alligãt. Et Grego: dicit. dist. l. cõsiderãdũ. q̃ ideirco p̃misit de⁹ Petrũ negare christũ vt in sua culpa discret qualiter alijs misereri deberet. Debent etiã vt conseruent bonã famam & cõscientiã cauere a nimia familiaritate cũ mulieribus. Vnde Augu. Qui fidens conscientię suę negligit famam suam nimis crudelis est. xxj. q. j. nolo.

§. II. SECVNDO EXERCETVR

Crudelitas erga parẽtes.

crudelitas permaxime erga parẽtes dũ eis nõ subuenitur: vel quod peius est dum affligũtur. Vnde dicitur Prouerbij. Qui crudelis est etiã propinquos abijcit. Sicut ad virtutẽ pietatis ꝓcipue pertinet erga ꝓpinquos obsequium esse & subuenire: ita ꝓ vitiũ crudelitatis denegant ob sequia & ad tutoria debita vel irrogant supplicia: qd̃ vtiq; est ꝓtra naturalẽ instinctũ. Et ideo apls dicit. j. ad Tim. v. Si qs suoꝝ & maxime domesticoꝝ. i. ꝓpinquoꝝ curã nõ habet. s. in ꝓuidẽdo fidẽ negauit. i. fidelitatẽ seu ius naturale: & est infideli deterior. Et cõmuniter tales male fortunantur etiã in hoc sęculo: sicut patet i Absalone q̃ fuit ita crudelis vt nõ solũ occideret fratrẽ suũ Amon: sed & patrẽ

Absalõ propter crudelitatẽ erga patrẽ occisus fuit.

suã pissimũ Dauid de regno expulit & quesiuit occidere. Qui demũ fugiẽs de prelio ei⁹ exercitu debellato trãsiens equester subter vnã quercũ remãsit suspẽsus per capillos capitis in ea: & a Ioab lanceis transfixus est. ij. Reg. xviij. Nero imperator quo nemo crudelior matrẽ ꝓpriã occidi fecit: vt ex curiositate videret quo steterat in vtero matris q demũ seipsum ab imperio expulsus occidit. Sed si magna crudelitas iudicaretur a cunctis cum quis videret patrem vel matrem vel fratrẽ: vel aliũ cõsanguineũ in maximis pœnis detineri: nec in vllo se posse iuuare: & cum posset multipliciter cõsolari & refrigerare negligeret: quãto maior crudelitas est ꝓpinquos suos q̃ sibi bona sua ex quoꝝ acquisitione indebita vel nimia affectione sciunt vel scire possunt: & verisimiliter credũt esse in pœnis purgatorij q̃ maxime sunt sup oẽs vitę pnãtis: & nõ iuuãt eos oronib⁹:

Crudelitas erga animas.

eleemosynis: missis: & alijs pijs suffragijs: & qd̃ pei⁹ est legata pro se facta nõ soluũt. Vnde illi nõ percipientes suffragiũ pmanẽt in illis pœnis: clamãtes illud Iob. xix. Miseremini mei: miseremini mei: saltẽ vos amici mei: q̃re ꝑsequimini me sicut deus? Vñ tales vt necatores aiarũ mandãtur excõicari propter talẽ crudelitatẽ. xiij. q. ij. qui obla tiones. Et de quodã milite legit q̃ cũ dimisisset cognato suo ꝓ in casu quo moreret in bello cõtra infideles ad qd̃ ibat suũ quẽdã equũ vẽditũ in eleemosynã largiret: & in illo bello occiso cognatus auaritia ductus nõ execut⁹ est iniunctũ: sed sibi retinuit: sed in capite octo dier⁹ a morte apparẽs ille miles dixit. Quare nõ fecisti qd̃ imposui tibi fecisti me manere in pœnis vsq; nũc: sed impunit⁹ nõ eua des. Nã ego hodie ad cœlũ purgat⁹ ascẽdo: tu vero hodie ad infernа descendes: qui subito mortuus & dãnatus est. Solũ in hoc licet vti crudelitate ad parentes: qñ scilicet qs vocat per inspirationẽ ad seruitẽdũ deo p ꝓcẽptũ mũdi & religionis ingressum: vt ꝓpter afflictionẽ eoꝝ hoc nõ pretermittat. Nã vt dicit Hiero. Summũ genus pietatis est in Crude hoc esse crudelẽ. Maximã crudelitatẽ exercuit ppls Iudeoꝝ Iitas lu rũ cõtra christũ in sua passione. Vñ cõquerit de ipso sup deoꝝ er hoc p Hieremiã Threñ. iij. dicens: Filia ppli mei crudelis ga chri quasi Struthio in deserto dedit vocẽ suã ꝓ me. Filia dicit sum. synagoga per creationẽ & spũalẽ curã quã de ea habebat deus. Populi mei. i. q̃ synagoga est ppls meus quasi Struthio qui ferrũ crudũ comedit: & de filijs suis nõ curat stri det fortiter, sic ppls Iudeoꝝ crudelis clamando ꝓ christũ. Et cũ Pilat⁹ fecisset eũ crudeliter flagellari: vt. s. hoc viso crudelitas eoꝝ cessaret: magis ac magis clamabant. Crucifige eũ crucifige eũ. Vñ & Pẽ. loquẽs in ꝑsona christi ad patrẽ expmit illoꝝ crudelitatẽ ꝓ varias similitudines dicẽs. Erue a framea de⁹ animã meã. j. vitã. Et est oro fm partẽ sensitiuã. Framea est spata que cito incidit & tollit vitã: & ideo multũ est horror ex velocitate mortis quã inducit. Sic & ipsi Iudei multa egerunt ad accelerãdũ mortẽ ejus. Nã dabãt ei bibere vinũ myrrhatũ seu acetosum: & Simonẽ angariauerũt ad portãdũ crucẽ ne fieret mora: & latus ei⁹ trãsfixerunt. Et io de manu canis vnicã meã. j. vitã supple erue. Canis auide rodit. Vnde notatur auiditas Iudeoꝝ ad mortẽ christi. Nã & q̃rebãt eum capere nõ ꝑ festo ne a turbis defenderet. & Barrabã dimitti petierũt: & Pilato volẽti eũ dimittere dixerũt. Si hũc dimittis nõ es amicus Cęsaris. Salua me ex ore leonis qd̃ est animal ferum & cũ rugitu insilit ad deuorandum vsq; ad ossa. Et Iudei cum magnis clamoribus postulabãt vt crucifigeretur: & vsq; ad ossium fractionem afflixerunt occidẽtes. Et a cornibus vnicorniũ humilitatẽ meam. Vnicornis est animal ferox & indomitũ qui habet cornu durissimũ i frõte: quo animalia trãsfodit & occidit: & sic duritiã & obstinationẽ Iudeorũ signat in mortẽ christi: quia a nullo potuerũt sleẽti a crudelitate eorum. Sed de sua crudelitate puniti sunt crudeliter. Nã exterminiũ terribile secutum est de genere illo destructa ciuitate & multis milibus hominũ mortuis fame & bello residui venditi dispersi sunt per orbem.

§. III. TERTIO CRVDELITAS EX

afflictis nõ additur afflictio.

ercetur ad afflictos. cũ. s. quis nõ compatit eis & subleuat: sed potiꝰ insultat vel afflictionẽ addit. Vnde cum Phacee filius Romeliꝫ rex Israel occidisset de Iuda centũ viginti milia in die vna tpe Acham regis Iuda oẽs viros bellatores, ꝓpter pctã eoꝝ: insup ducẽta milia mulierũ puerorũ & puellarũ: ceperũt filij Israel de fratrib⁹ suis. s. de Iuda insinitã prędã & adduxerũt in Samariã: volẽtes eos subijcere seruituti ex magna crudelitate: vñ ꝓpheta quidam reprehẽdit eos ex parte dei dicẽs. Ecce irat⁹ dñs ꝓ Iudã propter pctã eoꝝ tradidit eos i man⁹ vestras. Occidisti illos atrociter: ira vt in cœlũ ꝓtingeret crudelitas vra. Insuper filios Iuda vultis vobis subijcere in seruos & ancillas. Peccastis eĩ super hoc dño deo vestro. Sed audite cõsiliũ meũ. Reducite captiuos quos adduxistis &c. qd̃ & fecerũt resocillãtes eos & dimittẽtes redire in terram suã. ij. Paral'. xxviij. Et Gre. dicit q̃ nõ debet a nobis flagellatis addi afflictio: ne nos culpę quod absit offensa respiciat. viij. q. j. cũ percussio. Propterea ꝓhibuit dñs in veteri lege filios Israel comedere sanguinẽ aialium in figuram vt auerteret eos a crudelitate horrẽda effusionis sanguinis humani. Eadem rõne ꝓhibuit eos comedere aialia suffocata vel strangulata: qa in tali morte multũ affligunt aialia. ꝓhibuit eĩ in particulari comedere grypũ: q̃ ꝓ aial est infestũ hoibus & eqs: in detestationẽ crudelitatis potentũ erga subditos, ꝓhibuit edere & vulturẽ: qd̃ aial insequit exercitũ bellã tiũ: vt de cadauerib⁹ mortuoꝝ paseat: & significat crudelitatẽ eoꝝ qui ꝓcurãt bella & seditiones vt inde lucrent. In nullo eĩ gñe hoim reperit tãta crudelitas sicut in partialibus adeo vt nõ solũ crudeli occidãt: sed etiã occisum minutatim

Fugit ista vt cuita rent crudelitatẽ a sanguine abstinebant

mutatim in frustra discerpãt: & aliqñ comedãt quo nil crudelius. Prohibuit etiã dñs coquere hædũ i lacte matris vel auẽ capere cũ pullis ad inducẽdum illũ ppĩm ad pietatẽ & vitandũ crudelitatẽ dum essent assueti ad hmõi: etiã circa aialia bruta: vt dicit ꝓbea. Tho. j. ij. q. c. Dicit etiam Hier. q̃ accepisse pauperib⁹ erogãdũ & esuriẽtibus plurimis illud reseruare oĩm prędonũ vincit crudelitatẽ. xij. q. ij. gloria. Qñ. s. quis querit immittere caristiam emens vel retinens victualia nõ sibi necessaria. Sciendũ tñ q̃ licet videatur multis crudelitas punire reos ad mortem & grauiter punire crimina: non tñ crudelitas: sed iustitia & charitas est. Vnde Hiero. sup Esa. Nõ est crudelis q̃ crudeles iugulat: sed crudelis patiẽtib⁹ esse videt. Nã latro suspensus patibulo crudelẽ iudicẽ putat. xxiij. q. v. non est. Hinc & Aug. Quid crudele Moyses mãdauit aut fecit cũ cõmissum sibi

Punire crimia nõ ẽ crudelitas.

ppĩm sancte zelãs viuo & vni deo vero subditũ eẽ cupiẽs postq̃ cognouit ad fabricãdũ idolũ defluxisse & colendũ in paucos vindicãs gladio: & in pñti salubriter terruit & disciplinã in posterũ sanxit. Nã cũ nulla crudelitate sed magna dilectione fecisse qd̃ fecit quis non in eius verbis agnoscat orãtis ꝓ peccatis eoꝝ & dicẽtis. Aut dimitte populo hoc peccatũ: aut si nõ dimittis dele me de libro tuo. Sic apls nõ crudeliter sed amicabiliter tradidit hoiem sathanę in interitum carnis vt spũs salu⁹ sit. xxij. q. v. &. q. iij. c. ipsaĩ pietas. Idem ait v. q. v. non ois. &. c. non osculatur. Molestus est medicus furẽti phrenetico: & pater indisciplinato filio: ille ligãdo: iste cędendo: sed ambo diligẽdo. Si aũt illos negligãt & perire permittãt: ista potius mansuetudo crudelitas est. Et Aug. dicit in regula de occultanda peccatũ alterius quod debet manifestare per similitudinem occulti morbi corporalis. Nã si frater tuus vulnus habet in corpore qd̃ velit occultari dũ timet secari: nõne crudeliter a te fleretur & misericorditer indicaretur?

¶ De blasphemia. Ca. VII.

blasphemia dei

BLASPHEMIA DEI QVIA videt ꝓcedere ex odio ad deũ: ideo de ipsa hic agẽdũ. Põt aũt sic describi tex verbis Amb. q̃ est vitiũ quo attribuit deo qd̃ ei nõ cõuenit: vel remouet ab eo qd̃ ei ꝓgruit: vt si dicat de eo aliqd im portãs defectũ: puta q̃ non sit iustus: vel q̃ nõ sit ꝓpotẽs & hmõi. Est aũt cõtra actũ fidei qui est cõfessio credẽdoꝝ. Vnde ad infidelitatẽ ptinere videt qd̃ ex verbis apli relici põt d cẽtis de se. j. Tim. j. Pri⁹ fui blasphem⁹ & psecutor. Et subdit. Ignorãs feci in incredulitate mea. Pro huius declaratione sciendum fm beatum Tho. ij. ij. q. xiij. arti. j. q̃ nomẽ blasphemię importare videt quandã derogationẽ excellẽtis bonitatis & ꝓcipue diuine. Deus aũt vt dicit Diony. est ipsa essentia bonitatis. Vnde quicquid deo cõuenit ptinet ad bonitatẽ ipsi⁹: & quicqd ad ipsum nõ ꝑtinet longe est a rõne ꝑfectę bonitatis que est eius essentia.

deroga tur deo dupl'r.

Quicũq; g̃ vel negat aliqd de eo qd̃ ei cõuenit vel asserit deo qd̃ ei nõ cõuenit: derogat bonitati diuine. Qd̃ põt cõtingere dupl'r. Vno modo fm solã opinionẽ intellectus. Alio mõ ꝓ rei veritate quandã affectus detestatione: sicut ecõtrario fides dei ꝑficit p dilectionẽ ipsi⁹. Hmõi aũt derogatio diuine bonitatis vel fm intellectũ tm: vel etiã fm affectum si consistat in corde tm erit blasphemia cordis: si exterius ꝓdeat p locutionẽ erit blasphemia oris. Et fm b̃ blasphemia confessioni opponit. Qd̃ aũt aliq dicunt q̃ sunt tres species blasphemię. Prima cũ deo attribuit qd̃ ei nõ ꝓuenit. Secũda cũ a deo remouet qd̃ ei cõuenit. Tertia cũ attribuit creaturę qd̃ est ꝓpriũ dei fm Tho. vbi. ã. Nã ꝓprie loquẽdo ista sũt diuersę species blasphemię: qa attribuere deo qd̃ ei nõ ꝓuenit: vel negare seu remouere ab eo qd̃ ei ꝓuenit nõ differũt nisi fm negationẽ & affirmationẽ q̃ diuersitas habit⁹ species nõ distinguit: qd̃ aũt id qd̃ est dei attribuit creaturę ad id ptinere videt qd̃ attribuit ei qd̃ ipsi nõ ꝓuenit. Quicqd em est dei ꝓpriũ, est de⁹. Attribuere g̃ creaturę qd̃ est dei ꝓpriũ: est ipm deũ facere idẽ creaturę. Itẽ sciẽdũ q̃ ille loquit contra deũ, cõuitiũ inferre intendẽs: vt cũ dicit. sit maledictus deus & hmõi: derogat divine bonitati nõ solũ cõtra veritatẽ intellectus: sed etiã fm

cõuitiũ deo inferens.

prauitatẽ bonitatis detestãtis & impedientis pro posse diuinũ honorẽ qd̃ est ꝑfecta blasphemia. Et sicut laudat deus in sanctis inquãtũ laudant opa ei⁹ q̃ facit ꝑ sanctos: ita etiã blasphemat in sanctis inquãtũ blasphemia q̃ fit sanctis redũdat in deũ. Est autem blasphemia pctũ mortale fm Tho. blasphe vbi. ẽ. art. ij. ex eo q̃ repugnat & ꝓriat charitati dei: qa pl̃ mia de derogatur diuine bonitati. vñ & Leuit. xxiij. dr. Quicũq; mortaꝫ blasphemauerit nomẽ dñi morte moriat. Sed pœna mortis non infligitur nisi ꝓ mortali. Et est ꝓ primũ vel secm ꝓceptũ decalogi. Verũ est tñ fm Tho. q̃ cũ qs ex subita passione prorũpit in verba blasphemię nõ aduertens hoc qd̃ dicit eẽ blasphemia: vt qa nõ cõsiderat significationẽ verboꝝ nõ esset tũc pctũ mortale: sed si aduertat significationẽ blasphemię cõsideras significata verborũ: ex eo q̃ subito impetu ire hoc faciat: vel ex praua cõsuetudine: nõ ꝓpter hoc excusat a mortali: q̃uis cito doleat de cõmisso: sicut nec excusatur ab homicidij reatu: qui ex subita ira ꝓximũ: & istud est grauissimũ pctũ. Et rõ est fm Tho. vbi. ẽ. ar. iij. qa blasphemia opponitur cõfessioni fidei: & rõ habet grauitatẽ infidelitatis: & aggrauatur si superueniat detestatio voluntatis: & adhuc magis si prorumpat in verba: sicut laus fidei auget ꝑ confessionẽ & dilectionẽ. Vnde cũ infidelitas sit maximũ peccatũ fm genus suum: ita etiã blasphemia. Vnde & glo. Esa. xvij. dicit q̃ oẽ peccatũ blasphemię cõparatũ leuius est: & quãtum quidẽ ad obiecta ꝑcti grauꝫ est q̃ homicidiũ: qa blasphemia est directe cõtra deũ homicidiũ contra proximũ. Quãtum vero ad effectũ nocumenti ꝓcẽderat homicidiũ blasphemię, quia plus nocet. In grauitate autẽ peccati magis attenditur intentio voluntatis peruersę quę videtur esse maior in blasphemia: cum intendat nocumẽtum honoris diuini q̃ in homicidio. De blaphemia quę alio modo dicitur malẽ dictio: vt cum dicitur. maledictius sit deus & hmõi. habet ẽ. in. c. de maledictis. in titu. de ira.

§. I. DE BLASPHEMIA POTEST

exponi illud Pẽ. lxxxiij. Nolite extollere i altũ cornu vestrũ scilicet superbiendo. Nolite loq aduersus deũ iniquitatem scilicet blasphemãdo: qa scilicet de⁹ cõfringit cornua supbię & punit blasphemos. Blasphematur autẽ de⁹ multipliciter. nõ solũ ab infidelibus: sed etiã a ꝓfẽ qui dicit fidelis: & si equẽter. De quo ipse conqueritur Esa. lxj. Et iugiter nomen meũ blasphematur: & hoc multipliciter.

¶ Primo blasphemant aliqui dei prouidentiam:
¶ Secundo blasphemant aliqui dei potentiam.
¶ Tertio blasphemant aliqui dei iustitiam.

§. II. QVANTVM AD PRIMVM

Prouidentia dei blasphematur.

Blasphemant aliqui dei prouidentiã qui dicunt deũ non habere prouidẽtiã de rebus seu actibus humanis: sed oia euenire hominib⁹ a fortuna & casu: in quorũ ꝑsona dicit Iob. Circa orbẽ cœli pambulat: nostra autẽ nõ cõsiderat. Vnde libro. iij. de falsa sapientia de Epicuro philosopho sic ait. Videbat Epicur⁹ bonis semp aduersa accidere pauperes: labores: exilia: charoꝝ amissiões: malos cõtra bonos esse augeri potẽtia honorib⁹ affici: videbat innocẽtiã minus tutã scelera impune cõmitti, videbat sine delectu morum sine ordine ac discrimine annorũ seruire mortẽ: sed alios ad senectutẽ peruenire: alios infantes rapi: alios robustos interire: alios in adolescẽtię flore immaturis annis extingui: in bellis meliores poti⁹ vinci & perire: maxime autem cõmouebat homines in primis religioso gratioribus affici malis his qui omnino deũ negligerẽt: aut nõ pie colerẽt vel minora mala & incõmoda euenire vel nulla. Et subdit. Cum hęc cogitarer Epicurus earum rerũ velut malitia indultus. Sic enim causam rationemq; videbat ignorãti: ęstimauit nullã esse, puidẽtiã: nullaq; dei iusititiã. Hec ille. Sic & Seneca in Tragedijs postq̃ cõmendat deũ de regimine & gubernatione vniuersi & ordine rerũ aliarũ cõquerit q̃ de reb⁹ humanis nõ videt curare dicẽs. Cur idẽ. s. de⁹ qui tãta regis sub quo vasti põdere mũdi: librata suos ducũt orbes hoim minime ades secur⁹ nõ solicit⁹, pdesse bonis nocuisse malis. Res hũanas ordine nullo fortuna regit spargitq; manu: munera cęca. Pectora fouens. Vincit sanctos dira libido. Fraus sublimi regnat in aula, tradere turpis sasces. Popul⁹ gaudet: eosdem colit arq; odit: tristis virt⁹ peruersa tulit pręmia recti: castos sequit mala voluptas: vitioq; potẽs regnat adulter. Vnde & Boe. in. j. de phica cõsola. in persona horũ ait. O stelliferi conditor orbis: qui perpetuo nixus solio: rapido cœlũ turbine versas &c. Et. j. Omnia certo sine gubernas. So-

los hominū respuis actus. Merito rector cohibere modo. Nam cur tantas lubrica versat fortuna vices. Præmit in fontes debita sceleri noxia pœna: ac peruersi residēt celsomores solio. Sanctaq; calcant iniusta vice colla nocētes. Latet obscuris condita virtus clara tenebris. Iustusq; tulit crimen iniqui. Nil periuria: nil nocet ipsis. Fraus mendacij cōpta colore &c. Sed potest ipse dicere quotidie qđ semel incarnatus ait Iudæis. Quis de vobis arguet me de peccato? Io. viij. Ignorātię vel imprudētię aut iniustitię certe nullus. Et q̄ nō possum⁹ deum inculpare de aliquo vel arguere: sed omnia quæ facit bonis & malis bene facit tribus rationibus pōt ostēdi ꝑm Io. Dūici in sermone.

¶ Primo propter diuini operis profunditatem.

¶ Secūdo propter nostrę mentis tortuositatem.

¶ Tertio ꝓpter dei summā rectitudinem & claritatem.

Primo etenim dico q̄ non possum⁹ deū arguere propter De⁹ nō pōt reprehendi. suorū operū profunditatē. Sunt em̄ opera dei tā alta tam profunda q̄ nō possum⁹ per nos inuestigare. E nō solum alta sua opera nō possumus cōprehēdere: sed nec minima & vilia valēt a nobis pfecte cognosci. Vnde quare granū milij sit rotūdum: & granū hordei oblongū oēs mundi sapientes nescirent dicere. Et similiter quare granū frumenti sit scissum ex vna parte: & ex alia non: null⁹ sapiēs posset sufficiēter rationē assignare: & sic circa quālibet paruā rē possent infinite moueri q̄stiones quas nescires explicare: tantam abyssum sapiētię posuit de⁹ in ifis suis creaturis. Si ergo in istis creaturis inferioribꝰ & magis vilibꝰ est tā ta ꝓfunditas quāto magis aliæ res altæ & ꝓfundæ. Quō ergo tu vilissima creatura presumis reprehēdere deū qua re istū fecit christianū: illum Iudeū: illū reprobat: istū elegit: quare bonis mala: & malis bona euenīūt. Vide miser ne intres hoc pelagus: quia submergeris. Et ideo dicebat apl's ad Ro. xj. O altitudo diuitiarū sapiētię & scientię dei q̄ incōprehensibilia sunt iudicia ei⁹ & inuestigabiles vię eius. Viæ eius sunt opera eius: & hę inuestigabiles. i. non cognoscibiles a nobis in vita ista ꝓpter profunditatē earum. Hinc & Aug. querēs quare dns nō fecit signa in Tyro & Sydone: de quib⁹ dicit christus q̄ si facta fuissent illa ibi quę fecit ipse in Iudea fuissent cōuersi: & Iudea in qua fecit illa miracula non est cōuersa ad pniam: put dr̄ Mat. xj. dicit Aug. Nam si rōne factū ꝓfunditatē iudiciq; ei⁹ penetrare nō possumus: manifestissime tū scimus & verum esse qđ de⁹ dixit & iustū ee qđ' fecit. xxuij. q. iiij. Nabucho donosor. §. de tyrijs. Sed a ratio quare nō possum⁹ deum inculpare est, ꝓpter nostrę mentis tortuositatē. Sumus em̄ oēs torti nō recti: & distortū & nō rectū est iudiciū nostrū & ideo male iudicam⁹: sicut qui ponit baculū i aqua: sibi videt q̄ sit tortus qui tū non est: sed defectū in visu tuo. Et sic oculꝰ iudicat de rebus coloratis ꝑm q̄ est in eo. Dicūt philosophi q̄ lux siue pupilla oculi non est colorata nec vllū colorē debet habere in sevt bñ videat res prout sunt. Vnde si in oculo esset aliquis humor & portares ante eū pannū rubeū vel azureū videret tibi obscurus. Sic est de oculo nostri intellectus: qa in eo est humor nostrę cōcupiscētię: & malꝰ humor. s. cupiditatis mundi: qa vellem⁹ illi mala cōtingere quę odimus: illi bona quę amamus: & qa nō sic euenit vt vellemus: ideo male iudicamus de deo & dicimus deū iniustū: vel non habere curā de nobis & ꝓuidētiā: Sed remoue prauū humorē & videbis recte. Sic fecerunt & faciunt serui dei: qa enim remouēt a se amorem a rebus mundi: ideo videt eis q̄ gegd fecerit & facit recte & optime facit, & cōcordāt se in oib⁹ cū volūtate dei dicētes illud ꝓpheticū. Oia q̄ fecisti nobis dñe in vero iudicio fecisti: qa peccauim⁹ tibi: & mēdatis tuis nō obediim⁹. Sed peccatores iudicāt sicut infirmi quibus dulcia amara De⁹ est summa mēsura omniū. vident & ecōtrario. Sic dicimus tribulatiōes pauptatē in firmitatē esse amaras & malas: sed serui dei oppositū. Tertia ratio quare deū inculpare nō possumus est, qa ipse est summa rectitudo & mēsura oim rerū. Vnde dicunt ꝓphi & sci q̄ quelibet res habet mēsurā suā: nō dico solū mēsurā cānarū: vt in pāno: & sextario: vt i bladis: sed sunt multę aliæ mēsuræ & regulæ. Mensura caloris ꝑm sapientes est ignis: quia nulla res est ita calida sicut est ignis: & ideo res tanto est calidior: quanto magis appropinquat caliditati ignis. Sic mensura oim lucentiū est sol: qa sol est lux intēsior oibus aliis lucidis: & ideo omes alię res lucidæ habēt mēsuram ab illa luce: & res illa est magis lucida q̄ magis appropinquat ad lucem solis. Sic mēsura oim venalium est aurū: qa ꝑm ipsum mēsurat & ponit preciū rebus. Nūc aūt ad ꝓpositū dicūt sancti & phi q̄ regula nostrę voluntatis est lex q̄ est tamq; quidā oculus q̄ habet dirigere voluntatem. Lex aūt humana ꝓcessit ab imperatore a sua voluntate: sed ipse fuit peccator vt ceteri homines: & ideo aliq̄n errauerunt in condendis legibus non rectis. Oportet ergo qđ sit vna voluntas summa absq; vllo peccato & defectu. Et istam dicūt oēs esse voluntatem diuinam: quę non potest esse magis recta: & nulla rectitudo est super eam. Et sicut ignis nō potest perdere suū calorem & sol suum splendorē: sic voluntas dei quę est regula omnis rectitudinis: non pōt ꝑficī tortav' curua seu obliqua aut iniusta: seu prauа. Vnde quicquid agit recte & iuste agit. Nos autem in vita ꝓsenti propter paruitatem & cęcitatem intellectus nostri non possumus plene cognoscere ista. Sed in alia vita cum videbim⁹ eum sicuti est: aperte cognoscemus qđ' oia quę facit & fecit deus cum maxima sapientia & rectitudine facta sunt. & quod ait Salomon Eccles. iij. c. Cuncta fecit bona in tempore suo. Nolite ergo loqui aduersus deū iniquitatē. s. blasphemādo ipsum tamq; non habeat prouidentiam de humanis vel non recte prouideat.

Mensura vena liū dicitur aurum.

§. III. QVANTVM AD SECVNdū Blasphemāt aliquid diuinā potētiā: vt illi q̄ dicūt. De⁹ blasphe nō pōt facere hoc vel illud: ac si nō esset omnipotēs: cū tamen dicaf Exo. xv. Omnipotēs nomē eius, Omnia enim potest nisi quę importāt defectū & ꝑfectionē: vel q̄ implicant cōtradictionē ꝑm Tho. in. j. parte. Nam posse peccare vel mori vel errare & hmōi non est posse: sed importētia. vnde Hiero. Solus deus ille omnipotens est: qui cum omnia possit hoc solū nō potest. cuius posse nō est aliqd posse: sed non posse. s. peccare, de pœni. dist. ij. §. fi. Et idem dicit q̄ cū omnia possit deus, hoc nō pōt. s. virginē suscitare post ruinā. xxxij. q. v. fi Paulus. Hoc em̄ implicat cōtradictionē. s. q̄ aliqua sit corrupta & virgo. i. non corrupta. Potest igit deus oia facere quę vult: Sap. xij. Subest enim tibi posse cum volueris. Puniuit dns plurimos blasphemātes dei potētiā: vt pater in Sēnacherib rege Assyriorū. Cum em̄ venissent in Iudeā & quęreret capere Hyerosolymā ciuitatē principalē vbi regnabat Ezechias misit nuntios Rapsacen: & quosdā alios qui locuti sunt non solum nuntijs Ezechiæ: sed etiā publice ad populū ciuitatis qui erāt in muris ciuitatis vt audirēt & rebellarēt se Ezechię vt traderēt ciuitatē & se in manib⁹ Sennacherib: inter cętera dicētes. Non te decipiat deus tu⁹ in quo cōfidis dicēs. Nō dabit Hierusalē in manu regis Assyriorū. Nunqd eruerunt dij gentiū populos quos subuerterūt patres nostri? Et ad ꝑpm dicebāt. Nō cōturbet te Ezechias dicens. Dns liberabit nos. Quis est ex oībus dijs terrarū q̄ eruerit terram suā de manu mea vt eruat dns. s. de⁹ vester Hierusalē de manu mea? Et sic blasphemabāt dei potētiā: quasi nō posset liberare eos ab ipso. Ezechias aūt rex sanct⁹ hō ad oronē confugit: & ad Esaiā ꝓphetā misit vt oraret deū pro populo. Cui respondit Esaias ex parte dei loquens de Sennacherib. Cui exprobrasti: & quē blasphemasti & sup quē exaltasti vocē tuā. Ad sanctū Israel. Et. j. Suphia tua ascēdit ad aures meas: ponā ergo circulū in narib⁹ tuis: & frenū in labijs tuis: & reducā te per viam per quā venisti: qđ' & factū est. Nā in vna nocte ab angelo dñi occisa sunt centū octogintaquinq; milia exercit⁹ Sennacherib: & reuersus ipse in Niniuē occisus est a filijs suis in templo dei sui. Habētur hec oia Esa. xxxvij. &. iij. Reg. xix. Petr⁹ etiā Damianus vt narrat Vincē. in Speculo hystoriali. ad idē ponit hoc exemplum. Duo amici & cōpatres in Bononię partibus cū discūberēt i cōuiuio allatus est gallus: qđ' pulmētū vnus eor⁹ arrepto gladio in frustra desecuit: tritūq; piper cum liquamine supfudit. Quo facto alter ait. Profecto compater sic explicuisti gallū istū vt sanctus Petrus si velit reintegrare nō possit. Cui alter subintulit: plane nō mō si ſctūs Petrus: sed si christus ipse imperet gallus iste in perpetuū nō resurget. Ad hanc vocē repente gallus viuus coopertus plumis exiliuit: alas pcussit & cecinit & plumas excussit totūq; linquamē sup eos q̄ vescebātur asperſit. Ilico sacrilegi blasphemi in aspersione piperis lepra ꝑfusi sunt quę plaga lepręin posteris eorū hęreditaria permansit vsq; in obitum. Vnde in famulatum subacti sunt

De blasphemia in spiritū scūm dr̄ triplici ter.

De punitione blasphemātiū.

Bononienſis

Exēplū blasphemię.

Bononienſis ecclesię quę beati Petri insignię vocabulo. Hęc ille. Nolite ergo loqui aduersus deum iniquitatem.

§. IIII. QVANTVM AD TERtiū Blasphemāt aliqui dei iustitiā: dicētes deū iniustū: cū multū a rectitudine aliquos & crudelē. In quor⁹ ꝑsona ait Iob xxx. Mutatus es mihi in crudelē: cum tū sis iustissimus & clemētissimus. Pā. Iustus dns & iustitias dilexit: equitatē vidit vultus eius: hęc est blasphemia dānatorū in inferno. vñ dr̄ Apo. xvj. Et stauerūt homines estu magno: & blasphemauerūt nomen dñi habētis potestatē super has plagas. Vbi dicit glossa. q̄ in inferno positi q̄uis sciant se ꝓmerito puniri: dolent tñ q̄ deus habeat tantā potentiam q̄ plagas eis inferat. Pro cuius declaratione dicit Tho. ij. ij. q. xiij. arti. iiij. q̄ cū ad rōnem blasphemię ptineat detestatio diuinę bonitatis: illi qui sunt in inferno retinēt peruersam voluntatē auersam a dei iustitia in hoc q̄ diligūt ea ꝓ quibus puniūtur & vellent eis vti si possent: & odiūt pœnas q̄ ꝓ hmōi pēs inferūtur: & dolēt de peccatis quę cōmiserūt: nō q̄ ipsa odiant: sed qa pro eis puniūtur. Et ratiis detestatio diuinæ iustitiæ est etiā eis interior blasphemia. Et credibile est q̄ post resurrectionē erit in eis etiam vocalis blasphemia: sicut in sanctis vocalis laus dei. Ex tali tñ blasphemia nō demerētur: qa i aliavia nō est locꝰ merēdi vel demerēdi: sed recipiēdi ꝑm merita. Vnde sicut in beatis bona eorū opera quę ibi agunt non sunt meritoria sed ptinētia ad ꝓmiū beatitudinis eorū. Ita in dānatis mala eor⁹ opera vt blasphemare & odire deū & hmōi nō sūt demeritoria: sed ptinētia ad pœnā danatiōis suę. Qui & blasphemāt deū vel ex tribulationib⁹ repurātes iniustū vel alio modo ofticiū & artē faciūt dānatorū. Vñ multū habebāt de sua dānatione timere Iudei qñ audiebant deū blasphemare pr̄ horrore, sceleris scindebant vestimenta sua: vel claudebant aures suas ne audirent. Nabuchodonosor viso miraculo. s. de euasione trium iuuenū Ananię Azarię & Misaelis de fornace ignis: fecit ædictū p regnū suū: cū tñ esset pagan⁹: q̄ q̄cūq; blasphemaret deū illorū qui est deus noster deus verus grauiter puniretur.

Nabuchodonosor horruit blasphemiam.

Thema sermonis.

¶ De blasphemia in spūmſctm & ſex specieb⁹ ei⁹. Ca. VIII.

VIA PECCATVM BLASphemię cōuenit in oīe cū ꝑtō blasphemię in spūmſctm: & ꝑtm inuidię eū inuidētia fraternę grę quę est spēs blasphemię i spūmſctm: & odiū dei cum odio ꝓximi: q̄uis realiter & specifice differāt: iō nunc de blasphemia in spūmſctm hic agit. Circa qđ' videndū est qđ sit & quot sunt species ei⁹: & quō dicat irremissi bile. Dicit bea. Tho. ij. ij. q. xiij. q̄ de blasphemia in spūm scti tripl'r aliqui loquunt. Antiq em̄ doctores scilicet Athanasius Hilarius Ambrosius Hieronym⁹ & Chrysostomus dicūt ꝑtm esse in spūmsanctū: qñ ad literā aliquid blasphemū dr̄ cōtra spūmſctm: siue spūsanctus accipiatur ꝓut est nomē essentiale cōueniēs toti trinitati: cuius quę libet persona & est spūs & est ſctūs: siue ꝓut nomē est ꝑsonale cōueniēs vni in trinitate ꝑsonę. Et ꝑm hoc distinguitur Matt. xij. blasphemia in spūmſctm cōtra blasphemiā in filium hoīs. Christus enim operabatur quędā humanit⁹ comedendo: bibendo: & alia hmōi faciendo. Et quædam diuinitus scilicet dęmones ejiciēdo: mortuos suscitādo & hmōi. quæ quidē agebat & per virtutē ꝓprię diuinitatis: & per operationē spūsſcti quo ꝑm humanitatē erat repletus. Iudei aūt primo ꝓ dixerūt blasphemiā in filium hois cum dicebant eum voracem potatorem & hmōi: vt habet Matth. xj. Postea blasphemauerunt in spiritūsanctū cum opera q̄ faciebat virtute suę diuinitatis & virtute spūsſcti: attribuebāt Beelzebub. Et ꝓpterea dicuntur blasphemasse in spūmsanctū. Augu aūt in libro de verbis domini accipit blasphemiā seu ꝑtm in spūmsanctū pro finali ipœnitētia: qñ. s. quis perseueraret in ꝑtō mortali vsq; ad mortē inclusiue: quod qui dē sit nō verbo oris tm: sed & cordis & operis: nō vno sed multis: hoc aūt verbū sic acceptū dr̄ contra spiritūsanctū: quia est contra remissionē peccatoꝝ quę fit ꝑ spiritūsanctū qui est charitas patris & filij. Nec hoc dixit dns Iudeis quasi ipsi peccarēt in spiritūsanctū: nondū em̄ finaliter erant impœnitētes: sed admonuit eos ne taliter loquētes ad hoc venirēt q̄ in spiritūsanctū peccarēt. Et sic intelligēdū est qđ' dicit Marci. iij. vbi postq̄ dixerat dns. Qui blasphemauerit in spiritūsctm &c. Subungit euāgelista: quoniā dicebāt. Spiritū immundum habet. Illi aūt qui differunt cōuersionē suā & pœnitētiā vsq; ad infirmitates graues: exponūt se magno periculo huiꝰ peccati finalis impœnitētiæ: qa rara est tūc vera cōuersio ad deū: quia nō videtur moueri amore sed timore seruili: qui nō sufficit ad salutē. Oportet em̄ ait Aug. in li. de pœnitentia nō solū deū timere iudicē: sed vt anxiet ꝓ gl'ia. i. diligere gloriā dei. Et ideo ingt idē. Multos solet decipere serotina pnia. de pœ. di. vij. ꝓ totū. Alij aliter accipiunt dicētes blasphemiā esse in spiritūsanctū qñ quis peccat cōtra appropriatū bonū spūsancto. Et aūt attribuitur bonitas sicut patri attribuit potētia: filio sapientia: vnde ꝑtm in patrē dr̄ ꝑtm ex infirmitate. i. ex passione: ꝑtm in filiū ꝑtm ex ignorantia: peccatū in spiritūsanctū qñ peccatur ex certa malitia. nō solū ex certa sciētia: qa hoc etiā accidit in peccato ex infirmitate: sed ex ipa electione mali: qđ' pōt contingere dupliciter. Vno modo ex inclinatione habitꝰ vitiosi q̄ dicit malitia: & sic nō est idē peccare ex malitia quod peccare in spiritūsanctū sumēdo ꝑtm in spiritūsanctum ꝓprie: prout est speciale peccatū: sed large qđ' cōtingit fieri ꝑm oīe genus peccati: & hoc vtiq; aggrauat peccatū: sed nō est speciale peccatū. Alio modo peccat ꝑ malitia ex eo q̄ per contēptum abiicit & remouet id qđ' electionē peccati poterat impedire: sicut spes per desperationem. & timor per ꝓsumptionē: & hmōi. Hęc aūt oīa quę electionē peccati possunt impedire sunt effecta spiritussancti in nobis: vnde sic peccare ex malitia est peccare i spiritumsanctū. Et sic est intelligendū q̄ dicit Magister in. ij. sen. di. xliij. s. q̄ ille peccat in spiritūsctm cui malitia per se placet. s. abiicēdo ꝑ cōtemptū ea per quę poterat impediri a ꝑtō: puta cū aliquis intēdit cōmittere aliqđ' ꝑtm: & occurrūt mēti aliquę instigationes seu cogitatiōes timoris vel spei vel considerationis inordinationis peccati & miserię ei⁹ conat ad repellendū tales instigationes contēnēdo eas vt liber⁹ & effrenat⁹ peccet. Sccm q̄ blasphemia in spiritūsanctū est speciale genus peccati. i. ꝑm tertiā acceptionē: videlicet peccare ex malitia per cōtemptū eor⁹ quę possunt hoiem impedire a ꝑtō: sic sunt sex spēs huiꝰ ꝑti ꝑm Magistrū sniarū. li. ij. di. xliij. videlicet ꝑsumptio: desperatio: impugnatio veritatis agnitę: inuidētia fraternæ gr̄æ: obstinatio & impatientia. Et de isto ꝑtō pōt illud Pā. lxvij. intelligi. Dixit dns ex Basan cōuertā: cōuertā in ꝓfundū maris. Nico. de Ly. exponit hoc de destructione Hierlm & Iudeę. Dicit em̄ q̄ Iudea in qua metropolis est Hierlm. i. principalis & caput illi⁹, puinciæ est sita ex vna parte sup Iordanem: iuxta quam est terra Basan: & ex alia pte habet mare mediterraneū. Vespasianus igit missus a Nerone imperatore ꝛ Iudeā q̄ se rebellauerat imperio Romanor⁹: cōgregauit exercit⁹ hoim ex vtraq; parte. s. aliqs trāseūtes p terrā Basan: & aliquos p mare ad obsidēdum & pugnādū ꝓtra Hierosolymā. Dicit g̃ Psalmista ad hoc notādū. Dixit dns. i. diuina dispositiōe factū: hoc em̄ dicere dei facere ē. ꝙuertā. i. vertā & dirigā exercit⁹ Romanor⁹ veniētes per terrā Basan: & cōuertā: id est dirigā alios exercitus eorū in profundū maris. i. veniētes per profundū mare: & vertam eos. s. exercitus contra Hierlm ita crudeliter vt intingatur pes tuus. i. habitātis i ea in sanguine occisorum: id est vt ambulantes in ea intingant pedes suos in sanguine effuso. Tāta em̄ fuit occisio ꝑm Iosephū vt perueniret ad decies cētena m: lia occisi gladio: & lingua canūj exinde intincta est etiā in sanguine eorū labētiū ipm sanguinē ꝑm morē suū. Hec Nico. Hoc aūt euenit illis tanū. s. exterminiū nō solū qa christū occiderūt: qa eis dimissiſſet tm̄ scel⁹ si cōuersi fuissent: sic ut indultū fuit Lōgino Cęturioni & alijs pœnitētib⁹ sup hoc. Sed qa peccauerūt in spūmſctm ꝑm triplicē expositionē supradictā. Nam quā triplicitum ad primā attribuerūt Beelzebub principi dęmoniorū ter peopationē miraculor⁹: expulsionē dęmoniorū q̄ christ⁹ in cauerūt quantū homo faciebat in virtute spūsancti. Quātum ad in spūm secundā acceptionē pseuerauerūt in sua pfidia Iudæi nosancti. lētes credere in christū vsq; ad mortē inclusiue & successores eor⁹. Quantū ad tertiā qa fuerūt obstinati: impœnitētes: inuidētes fraternę gr̄æ: & impugnātes veritatē agnitā in scripturis de Messia: & ideo merito grauissime puniti sunt in hoc sęculo: & etiā in inferno. Sed gl. in cōtinuo sic breui⁹ exponit: & etiā ad propositū. Dixit dns. Ego cōue

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam te vel alios hoīes ex Basan existētes. Basan interpretatur siccitas vel confusio. i. ex siccitate gratię & cōfusione peccatorū venientes: & conuertā nō solū hos: sed etiam in profundū maris existentes hoies desperatissimos & obstinatissimos in profundū peccatorū existētes qd' ptinet ad peccatū in spiritū sanctum. Et ita cōuertāte ad me vt pes tuus id est affectus intingat in sanguine christi: id est affectum deuotionis habeas ad christi passionē: & particeps sis fructꝰ eiꝰ: scilicet veniā & remissionem peccatorū percipiendo. Dicere autē dñi est facere: & sm hoc possunt tria notari de peccato in spiritumsanctum.

¶ Primum est ꝙ habet in se nimiam grauitatem: quia dicitur. In profundum.

¶ Secundum est ꝙ habet ad eam malitiæ præparabilitatem: quia dicitur. Ex Basan.

¶ Tertium est ꝙ habet veniā & remissibilitatē. quia dicitur. Conuertam.

§. I. QVANTVM AD PRINVM

Grauitas peccati in spiritū sanctū.

dicitur Eccl'i. v. Ne tardes cõuerti ad dñm: & ne differas de die in diẽ: subito em venit ira illius: & i nouissimo disperdet te. Qui manet fixus ĩ aliquo mortali, est auersus a deo. Vnde dñs per Hiere. ñ. de peccatoribus ait. Verterunt ad me tergũ & nõ faciẽ. Et Aug. diffiniẽs peccatũ dicit q est auersio ab incõmutabili bono. s. deo & conuersio ad commutabile bonũ. s. creaturã: puta diuitias, voluptates, honores, & hmõi. Nõ em talis respicit deũ oculo intẽtionis vt vlrimũ finẽ in cõuersiõe sua: sed creaturã illã quã inordinate amat. Sed quia vt dicit regula iuris. Omnis res per quascũq; causas nascit p easdẽ dissoluit. s. cõtrario modo. eẽ de reg. iur. Sicut ædificiũ sit ponẽdo lapidẽ sup lapidẽ ligãdo eos calce: dissoluit aũt remouẽdo lapidẽ a lapide cum amotione calcis. Ita in ꝓposito cũ pctm cõmittat p hoc q volũtas se auertit a deo & adhęret creaturæ vt sint magis volẽdo delectationẽ ex cõsecutione illius rei q; seruare mandatũ dei: ideo si debeat destrui pctm vt recõcilietur deo oportet q auertat a creatura detestãdo inordinatum affectũ quẽ habuit ad deũ & oculũ intẽtionis dirigat ad deũ super oĩa diligendo: & hoc est cõuerti ad deũ. Et ad istã conuersionẽ non est tardandũ: qa vt dicit Greg. super Ezechiel'. Pctm qd' per pœnitẽtiã nõ diluit: mox suo põdere ad aliud trahit. Et in moralibus tractans illud Esa. Et clamabãt pilosi alter ad alterũ. dicit pilosus clamat ad pilosum: qa perpetrata iniquitas perpetrandã vocat. Et dicũtur pilosi bestiæ habẽtes apparentiã humanã: & hmõi sunt pctã quę speciẽ boni habẽt vñ & actus rõnis: sed reuera actus bestiales sunt: qa omne pctm fm Dama. est cõtra naturã. i. contra rationẽ naturalẽ. Rationem huiꝰ assignat bea. Tho. j. ñ. q. iij. Nã homo in repẽtinis casib' operatur fm finẽ præstitutũ & habitũ præcõceptũ. Sed cũ peccator præstituerit sibi aliquod creatũ vt finẽ vltimũ & habet habitũ vitiosum: & repentina frequẽter occurrãt quæ nõ patiũtur morã diu cogitãdi. ideo ĩ hmõi operabitur vitiose fm malũ finẽ quẽ sibi prestituit. Et ꝓterea nõ potest diu peccator manere qn ad alia labat. nec, pterea excusat: qa ipse sibi est causa hmõi, ppter tarditatẽ conuersionis ad pœnitentiã. Et iõ bene dr Eccl'. v. Ne tardes conuerti nec differas de die in diẽ. hoc est cõtra illud Prouer. iij. Ne dicas amico tuo q. s. Christus est. vade & cras reuertere: cum statim possis dare. s. te ad cõuersionẽ. Hæc est em vox cor-

De tar-
da & pi-
gra con-
uersiõe.

uina. s. cras cras. Sed aduertendũ q; coruus egressus de arca nõ est reuersus ad eã amplꝰ: sed super cadauera ĩuenta requieuit

ta requieuit. Colũba vero cui? vox est vr. i. nũc reuersa ẽ. Sic tardãs de die in diẽ nõ reuertit ad ecclesiã merito: sed requiescit in rẽporalibꝰ fœrtẽtibꝰ: sed boni & simplices fideles q subito pœnitẽt si offendũt illi reuertũtur. De tali tardatione ad conuersionẽ accusabat se Aug. in lib. cõfes. dicẽs. Nõ erat qd' respõderẽ tibi. s. deo dicẽti mihi. Surge q dormis. s. in peccatis: nisi verba somnolẽta & lẽto modo cras cras: sine mõ sine paululũ, sed illud modo nõ habebat modũ: & illud paululũ sbat in longũ. hæc ille. Peri-

Adde
culosa
fio dila
ta ẽ dif-
ficilis.

culosa est illa ꝓcrastinatio nõ solũ ex eo qd' dicit Ouid. qd' ali? Qui nõ est hodie cras minus aptus erit. Sed qa vt dr in dicti dicta auctoritate. subito enim veniet tibi ira illius. s. mortis. ouidꝰ. Nullus em securus est de die crastina: vel scit si subitanea Tpala morte decedet. Et fm malũ statũ illiꝰ sic iudicabit a deo & bũ mo cõ dẽnabit: & sic eis ogruet illud Esa. xxvij. Erit eis verbũ re fluen dñi mãda remãda. s. aliquã cõmoditatẽ: expecta reexpetis aquę cta. s. me ad pœnitẽtiã. Modicum ibi: & modicũ ibi: vt va Tpa pẽdãt & cadãt retrorsum: nõ em videt q cadit retrorsũ quo cipiti la cadit & Ig'aluer cadit: sicut Heli ex tali casu mortuus. Vñ buntur mania' dr Eccl'. xxix. Repromissio nequissima multos pdidit: re gressu. promissio. s. cogitatio qua pctõr pluries ꝓmittit sibi lõgã vitã tãq; esset de ea certus & ex qua disponit multa facere in mũdo & ppter mundũ: & inter cætera etiam pœnitere: Ista est nequã negor & nequissima. Nequã siquidẽ est ista repromissio: qa sibi vsurpat peccator ĩ hoc qd' est ꝓpriũ dei. s. de futuro disponere. Nã dicit Christus Act. j. Nõ est vestrũ nosse tpa vel momẽta q; pater posuit in sua potestate Bern̄. contra talẽ de futuro præsumentẽ ait. Quid de futuro miser tam temerarie pẽsumis: tãq; pater tpa & momẽta in tua nõ in sua posuerit potestate? Nequior est ista repromissio: qa cũ tps ifinitiualoris sit sibi a deo datũ satue expẽdit: & cũ hoc pẽsumit q adhuc plus sit ei daturus. Vñ filius posset sperare qa pr̄ suus sapiẽs dabit sibi adhuc magnũ thesaurũ cũ illũ quẽ dedit scit male consumpsisse & aptum ad idẽ. Meminisse is debet: qa cũ dñs promisisset tpe Noe spatiũ. cxx. annoꝝ ad cõuertẽdũ se ad pœnitentiã: qa non cõuertebat: sed. c. annis male vsus esset genus humanũ: abstulit. xx. annos de ꝓmissis. Gene. vj. lta dicit Hier. de pœni. di. j. prędixerat. Nequissima est: qa nõ solũ tps datũ pdidit: sed in cõtumẽliã creatoris cõuertit & vti disponit. Seruãdũ est igitur qd' dr Eccl'i. xxj. Fili peccasti ne adiẽcias iterũ & de pristinis deprecare vt dimittant tibi: sed tps faciẽdi dñe dissipauerũt legẽ tuam: qua. s. mandas hoib' ne tardẽt cõuersionẽ. Non debet ergo quis esse piger & tardus ad cõuersionẽ: ex eo præcipue: qa ꝓuersio dilata difficilior est accelerata facilior. Vñ Beda dicit q diabolus quãto diutius possedit: tãto difficilius dimittit.

Ex pluribꝰ aũt rationibus & modis ostẽdit q difficilior sit conuersio dilata. Primo quidẽ ex obduratione: sicut em puerilis ætas est tenera & susceptibilis impressionis: sicut cæra mollis cuiuslibet sigilli, & virgula dũ tenera ẽ si curua est de facili ad rectitudinẽ duci pot. Senilis vero ætas duritiã habet & difficulter recipit impressionem: sicut nec lapis fletã pòt a moribus suis: sic nec truncus arboris a tortitudine sua. Vñ dr Prouer. xxij. Adolescens iuxta viã suã etiã cũ senuerit nõ receder ab ea. Quãto ergo quis magis tardat cõuersionẽ tãto magis indurat. iuxta illud Indurauerũt ceruices suas & noluerũt cõuerti. Sed o ofẽdit maior difficultas ex cõtrarꝝ habituatione: sicut enim materia q; habet aquã difficili? suscipit ignẽ: vt patet in lignis aquosis: qa ignis iuenit ibi qd' repugnat sibi. s. aquã Et castrũ qd' habet repugnãtiã difficili? capit q; illud qd' nõ habet: & facilius vestis formã suscipit rectã quæ adhuc nullã recipit q; quę malã & tortã. Ita mens quæ habet habitũ vitioꝝ quę sunt cõtraria gratiæ difficilius conuertit q; illa quæ peccatũ nõ habet: vel si habet recẽtia habet vt dispositiones quę de facili tollunt & non ex diuturnitate radicata vt habitus q; difficilius remouentur. Pẽ. cxxxvj. Beatus q tenebit. i. vltra nõ progrediet: & allidet parvulos suos ad petrã. i. principia peccatoꝝ ad petrã pœnitẽtię occidẽdo. Tertio ostendit ex naturæ dissipatione. Peccator siquidẽ dissipat bona naturæ. i. virtutes naturales. fm qd' dr figurate Luc. xv. de prodigo q dissipauit substãtiã sua. i. inclinationes naturales q; sunt in nobis tãq; semina q̃dã & principia virtutũ. Sed pctõr tales inclinationes q̃si annihilat: & tãto magis quanto magis morat in pctõ. vñ difficilius cõuertit. Vñ & in resuscitatiõe Lazari q̃tridua-

ni q; designat cõuersionẽ pctõris inueterati in malis, Christus ostẽditur saris laborare: nã in fremuit spũ & seuit ac cessit ad monumẽtũ: fecit lapidẽ tolli clamauit & pri? gratias egit. Ioan. xj. Ad figurãdũ q multũ oportet laborare pctõrẽ q pmãsit in pctis, & sẽdo, & lapidẽ tollendo male ni quid assuefactionis: & clamando affectu & orationes, pcurãdo signat. sctõꝝ vt cõuertat ad pniam. Quarto ostẽditur ex pcti grauatiõe: pctm em est quoddã põdus aggrauãs animam vt ad deũ nõ possit surgere vel respicere. Pẽ. xxxvij. Sicut onus graue grauatæ sunt sup me. s. iniquitates. Adeo grauis est pctm vt ccelũ & terræ supficies nõ valeat sustinere pctõrẽ: vt patet ĩ Lucifero q existens in cœlo ẽpyreo ita grauatus est p superbiã q; de cœlo lapsus i cẽtrũ terræ ruit. Vñ figurat pctõr p illã mulierẽ quæ a diabolo fuerat incuruata: adeo vt nõ posset sursum respicere p multũ tẽporis. Luc xiij. Et quãto qs plus peccat tãto magis aggrauat: qa quodlibet pctm habet suũ grauamẽ quasi infinitũ cul pę & pœnæ. Manifestũ ẽ aũt qa quãto magis habet gravamẽ sup se tãto magis est sibi difficile surgere. Vñ & i vitis patrũ legit q semel beato Arsenio in eremo dictũ fuit Egredere & ostendã tibi opera hoim: & vidit egressus primo Ethiopẽ cædẽtẽ ligna & faciẽtẽ farcinã quã leuare nõ poterat præ magnitudine: qui plura cædebat adiũgẽs farcinæ factæ: & tentabat leuare: & multo minus poterat. Vidit exinde aliũ q in fouea factam quæ fundũ nõ habebat: mittebat aquã quã de fluuio hauriebat: & implere nõ poterat, sed quãto plus mittebat: tãto plus exibat. Exindevidit duos portãtes quoddã lignum p trãsuersum: vnus ex vno capite & alter ex altero quęrẽtes in tẽplũ quoddã introducere & nõ poterãt: qa lõgius erat latitudine portę tẽpli: nec volebat vnus post alijs ire, sed de pari icedere: vñ nõ poterãt. Exposita est aũt sibi visio videlicet qa pm? significat eos q cũ habeãt farcinã pctõꝝ pgregatã nõ attẽdũt ad diminuẽdũ p pniam: sed adaugẽt differẽtes cõuersionẽ quasi in futurũ leuius possint portare farcinã maiorẽ facere pniam qd' falsum est. Alius designat eos qui etsi opera faciũt de genere bonoꝝ: tñ egrediunt de aia quo ad meritũ: qa factũ cum hoc multa mala vel manẽt in pctis vñ meritũ pdũt. Tertiꝰ significat supbos q nolũt sibi nuicem cedere & concordare in bonis: sed cõtrariant. & isti tẽ plũ dei ingredi nõ possunt nec cõuerti, ppter grauamẽ superbię. Quinto ex elõgatione: quãto em qs magis peccat vel diutius morat in pctõ tanto magis elõgat. Pẽ. cxvij. Lõge a pctõribꝰ salus. Sed nõ ẽ verisimile q ille q elongauit se a deo per. xl. annos, de facili redire possit & conuerti ad deũ: in. vij. diebꝰ vel. xv. qbus durat infirmitas hoĩs: & hoc quo ad illos q differũt cõuerti vsq; ad grauẽ infirmitatẽ mortis, licet possit hoc accidere & aliqn eueniat vt pæter in latrone crucifixo cũ xp̃o: & i illo Nicolao antiquato in malis sexagenario q accedebat ad prostibulũ victus a carne ex diutina cõsuetudine: qui precibꝰ beati Andreæ apli suit liberatus a vitio & saluus, vñ Leo papa. Miseri cordię dei nec mẽsuras possum? ponere: nec rẽpora diffinire: apud quẽ nullas moras patit venię ꝙuersio. de pœ. di. j. multiplex. sed istud raro ꝓingit. & ideo bene ait Esa. lv. Querite dñm dũ inueniri põt: inuocate eum dũ prope est. Derelinquat impius viã suã &c. Multos em ingẽt Aug. solet decipere serotina pœnitẽtia. Sexto ex tristitię affectione: qlibet em naturaliꝰ fugit tristitiã: & qd' potest eũ contristari: sed ille q diu permansit in malo tota delectatio & gaudiũ eius est in malo. fm illud Prouer. ñ. Lætãtur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis, Vñ cũ cogitat peccator q debeat dimittere oĩa illa mala in qbꝰ delectatus fuit: multũ cõtristat fm sensualitatẽ saltẽ: & frequenter accidit ei sicut simię auidę dulcedinis nuclei nucis: quę accedit ad arborẽ: & cũ mordẽdo sentit amaritudinẽ cortiois rorũ tale arbitrans nõ peruenit ad dulcedinẽ cupitã medullæ. Sic peccator cũ cupiat dulcedinẽ veniæ, ppter qd' incipit velle pœnitere cũ percipit q oportet eũ vitia dimittere & odia & lasciuias: sumere ꝓfusionẽ ꝓfessionis: euacuare bursam, p restitutiõe: petere veniã ls̃is: q nũq; se humiliauit videt sibi nimis amarũ: vñ dimittit facere vel male facit. Vñ & iuuenis q petijt a Christo qd faciendo vitã æternã haberet? Rñdit demũ. Si vellet esse perfectus daret oĩa pauperibꝰ quo audito abijt tristis. Mat. xix. & nihil fecit: qa habebat multas possessiones & nimis sibi durũ videbat illas dimittere. Septimo ex diaboli im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pugnatione:cū qs morat in pctō diabol⁹ nō multū ipugnat:qa suus est,sed cū ppēdit ꝙ velit recedere ab eo per pœnitētiā multū impugnat & tāto pl⁹ ꝙto diutius posse dit.& pmaxime in articulo mortis qa scit se ampli⁹ tēporis nō habere ad tētādū & magis infestat. Venenū dr serpēs habere in cauda. Vñ & dns dixit serpēti antiquo.Genes.iij. Tu insidiaberis calcaneo ei⁹.s.mulieris,i.extremo vitæ magis impugnās q̄ alio tpe.Si em diabolus accedit ad sanctissimos viros in fine ad tētādū si forte posset eos decipere,Nam accessit ad Christū in passiōe propter qd' ait Christus Io.xiij. Venit,i.veniet princeps mundi & in me non habet quicq̄,multo magis accedit ad eos q male vixerūt & distulerūt conuersionē in finē.Sed sicut sancti in vita & sanctitate cōuersi sunt ad deū:ita & deus tēpore necessitatis cōuertitur ad eos iuuādū cōtra pugnas diaboli:& sicut peccatores in sanitate nō sunt dñi recordati nec ad deū cōuersi:ita valde timēdū est in morte ne deus obliuiscat eos:.Chryſ.Hac animaduersione pcutit peccator:vt moriēs obliuiscat sui:q dū viueret oblit⁹ est dei. Sed etsi cōuertat vere ad pniam:tūc ex tarditate suæ conuersionis nō reportabit cōmodū: sed detrimētū multū.s. pœnaꝝ salt̄ purgatoꝝ ſm illud quod ait Aug.Prius est purgandus igne purgationis qui in aliud sæculū distulit tuchū cōuersionis.de pœni.dist.vij.nullus.Ex his omnibus apparet ꝙ nō est differēda cōuersio.sed tēpus facien di dñe dissipauerūt legē tuā qua admones:vt q̄citissime reuertātur ad te ne indurent.& difficilior fit eis cōuersio.

§.II. DE DILATIONE CONFES-

siōis nō facieda.dicit Pā.xciij. Pręoccupem⁹ faciē dñi in cōfessione.i.anteq̄ accedamus ante faciē dñi seu cōspectū eius faciamus prius confessionē.Vadit ante faciē dñi qui accedit ad adorādū:qa tūc cū ipso loquimur ſm Ilido.& multo magis cū missę astamus:vbi realiter in sacramēto est dns:vel cū ecclesiam visitam⁹:vbi omi tpe debet esse in tabernaculo corpus dñi:sed ire ad adorādū vel ad miſſam vel ad ecclesiā debet quotidie fieri.Et sic etiā cōfessio faciēda esset ab illo quē cōscientia grauat de mortali.Nā cū quærit vtrū cōfessio de mortalib⁹ sit de necessitate facienda ſtatim habita opportunitate:q̄uis aliqui dicāt ꝙ ſtatim fieri oporter.tamē cōmunior opinio Tho.Pet.Richar.& alioꝝ est ꝙ nō teneat de necessitate nisi in qbusdā casib⁹ de quibus.ſ.dicet.tñ ſm omnes periculosum est differre eam.Sed sciendum ꝙ tripliciter potest differri.

¶Differtur aliquando damnifere.

¶Differtur aliquando pestifere.

¶Differtur aliquando salutifere.

§.III. QVANTVM AD PRIMVM

Differre cōfessionem est damnosum.

qñ quis habet copiā cōfessoris & idonei differre cōfessionē nullā vtilitatē affert:sed multiplex dānū:nō est aūt sapientis viri facere illud vñ ei nō p̄t sequi vtilitas: sed multū dānum.Propterea infirmus vel q habet curā eius cito cōtracta infirmitate mittit ꝓ medico & eā patefacit:quia ex mora videt sibi periculū imminere.Ita infirmus in aia cognoscēs se infirmatū medicū salutis q̄citissime quærere debet.s.sacerdotē & cōfiteri.Nā sacramenta sunt quædam medicinæ animæ:& alij quidē differūt ex negligētia confessionē vsq; ad quadragesimā sequētē:alij negligentiores vsq; ad finē quadragesimæ:alij negligētissimi vsq; ad infirmitatē grauē.Et illi qui differūt vsq; ad quadragesimā ex hoc incurrūt periculū & dānū.Periculū quidem: qa possint mori morte subitanea interea habētes mortalia vel loquelā amittere:& sic priuarent ꝓfessione ex qua aliqñ ex attrito fit ctrit⁹:& sic saluar̄ q al⁹ nō saluaret.Dānū incurrūt:qa multoꝝ ex tāta dilatiōe obliuiscūt pctoꝝ quæ nō ita quo ad pœnā remittūtur p gñalē confessionē oblitoꝝ sicut si particulr cōfiteret:qd' meli⁹ facere posset & pleni⁹ si nō tm differret.Dānū etiā incurrit & priuationem illoꝝ bonoꝝ quæ cōsequer̄t pluries in anno cōfitēdo:vt suffragij orationū cōfessoris:āmonitionū p cōfessionē:augmētationis gratiæ:remissionis pœnæ.Sed & magna stultitia ostendit non facere diligētiā ꝓ aia quā quis facit ꝓ caliga. Vñ Bern.O nimia insania hominū:pudet sordes abstergere.s.per confessionem:& nō pudet contrahere. Abstergitur caliga.s.a luto & cōtinet aia:& manifestū est ꝙ non in capite anni abstergatur caligo a luto:sed quasi quotidie ne corrodatur a luto. Illi etiam qui differūt vsq; in finē quadragesimæ magnā vtiq; negligētiā cōmittunt.Nā cū in finē omnes differāt & nō possit audiri vnusquisq;:nisi per se separatim multiq; habeāt cōfiteri & confessores pauci respectiue & officiare habeāt ecclias & proli xis officijs oportet ꝙ multi remaneant inconfessi:& multi alij ꝓpter festinantiā sint male cōfessi. Et quodlibet distur bium etiā minimū diabolo operāte facit eos dimittere cōfessionē quasi putāces se excusatos:ex quo non possunt sacerdotē habere paratū ad eoꝝ voluntatē. Tales etiam bona multa quæ faciūt in quadragesima:vt ieiunia:eleemosynas & oꝝones faciūt ea infructuosa: qa frequēter ante cōfessionē nec cōtritionē habent:parū etiā pœnitētiæ faciūt in grā:qa subito trāsacto pascate reuertūtur q̄citissime ad vomitū. Vñ dr in principio.xl. Faciē tuā laua:scilicet i cōfessione.Mat.v.Legit in vitis patrū de quodā religioso q erat bonus & virgo:sed tardus ad cōfessionē ſm morē suæ religionis:,ꝓpter qd' semel in infirmitate cōstitut⁹ invisio ne cōspexit christū venire ad iudicandū mundū.Et cū singuli ante tribunal Christi ducerētur ad,reddendū rōnē de operib⁹ suis:& ſm ea iudicarent̄ ad pœnā vel præmiū.Cū ventū est ad ipm religiosum accusat⁹ est corā iudice de tarditate confessionis ,ꝓpter qd' vitiū ſnia data est a iudice ꝙ traherēt ad pœnā:sed virgine gloriosa cui⁹ erat devotus ,p eo filiū deprecante:tum quia iuuenis & delicat⁹:tū ga sibi deuote virginitatē seruauerat:fuit mutata ſnia & decretum ꝙ sibi ,p illa vice parceretur:ita tamen ꝙ de tali pigritia & tarditate confessionis se emendaret.

§.IIII. QVANTVM AD SECVN

Casus vbi qs nō pōt differre cōfessionem.

dum differtur cōfessio pestifere:seu mortifere. & ſm Pe.de Thar.in.iij.i quatuor casib⁹ nō pōt qs differre cōfessionē de mortalibus vsq; ad finē anni:al⁹ peccaret mortal⁹. Primus est rōne sacramēti:qñ scilicet qs vult cōicare vel celebrare ꝓpetrato aliquo mortali post vltimā ꝓfessionē. Nō em sufficit tūc cōtritio:sed requirit̄ de necessitate confessio ante cōionē vel celebrationē: nisi cū immineret necessitas celebrādi:al⁹ sequeret̄ magnum scandalū populi:nec tunc posset habere copiā cōfessoris. Tho.& Io. Neapol. dicunt. Idē esset si haberet suscipere ordinis sacrm. Pe. aūt de Pal. extēdit se ad oē sacrm suscipiēdum:nisi baptismū vt sit ne cessaria prius cōfessio de mortali nōdū cōfessto. Hęc in.iiij. Sed o rōne scrupuli.cū.s.qs format sibi cōscientiā ꝙ teneatur ad ſtatim cōtinendum habita opportunitate:al⁹ peccet mortal⁹:si talis nō deponit hmōi cōscientiā qd' facere debet ad cōsiliū boni viri:vtiq; peccat mortal⁹:quia ꝫ conscientiā facit:nam oē qd' fit cōtra cōscientiā ędificat ad gehennam xxvij.q.j.§.ex his. Tertio rōne periculi:qñ scilicet qs post mortale perpetratū intrat⁹ est bellū etiā iustū vel p loca periculosa trāsitur⁹ vbi imminet periculū mortis vel infirmitatē grauē incurrit:nā tunc nō licet differre absq; morali:qa qui amat periculū incidet in illud:vt dr Eccl⁹.iij. Sed & medici hūt in pcepto ꝙ cū vocant ad ifirmos primo debēt eos inducere vt mittāt pro medicis aiaꝝ.i. cōfessoribꝫ vt faciāt ꝓfessionē:vt extra de pœ.&re.cū infirmitas. Et cō sanguinei etiā debēt eos inducere ad hoc faciēdū. Quarto rōne dubij.s. qñ dubitaret data opportunitate se amplī⁹ p illū annū nō posse habere copiā cōfessoris:cū tñ habeat de necessitate ꝓfitenda vt mortalia:vel qa habet morari clausus in castro seu casserovel in carcere:vel qa habet ire ad remotas partes & licētiā nō habet:vel hñe copiā nō pōt alijs cōfiteri & hmōi.In his ergo casib⁹ est necessariū nō differre cōfessionē ad caput anni:al⁹ nō excusaret ꝫ mortali.

Medici debent pri⁹ curare de salute aiæ q̄ corpis.

§.V. QVANTVM AD TERTIVM

Aliq̄ casionis: vt in.xl.qs est arduis implicat⁹ q̄ dimittere nō vas let vel mēte passionat⁹ ex quo nō videt se tūc dispositū ad faciendū diligēter cōfessionē: sed cū licētia ꝓpri sacerdotis petit dilationē p aliquot dies vt quieti⁹ faciat: vel etiā cum sit ligatus sntia excōicationis vel in aliquo pctō ex reseruatis expectat absolutionē ab hmōi non piger ad hoc p curandū:nō est ergo differēda cōfessio nisi causa rationabilis vrgeat. Vñ & christus decē leprosis sibi occurrētib⁹ petētib⁹ miam.s.mūdationis dixit. Ite ostēdite vos sacerdotibus.Luc.xvij. non dixit expectate vsq; ad mensem vel diē: sed subito ite nūc:& eundo mundati sunt. Legit de quodā le-

Exēplū de iuuene

iuuene nobili & diuite ſm mundū ꝙ cū esset vanitatibus & lasciuis deditus:tñ in mane surgēs a dormitione faciebat semp istā orationē vt deus nō pmitteret eū mori sine auisamento.i.quin sibi prius manifestaret finis suus.Semel cū hanc faceret orationē apparuit angelus dicēs eum exauditū:qa nō moreret sine auisamento:siue sine prænūtiatione:ex quo iste assecurat⁹ magis se voluptatib⁹ oīb⁹ immergebat:inde ad modicū tēpus quadā die surgens de lecto sensit dolorē capitis ,ppter quod domū nō egredit: socij venīūt ad eū vt cū ipsis iret ad solatia:sed minime ac quiescit:supuenit febris & in lectū sternit se:cōsanguinei admonent vt cōsiteatur sicut debent facere.Respōdit ille ꝙ nō est infirmitas illa ad mortē vt oporteat cōfiteri:sed subito liberabitur:febris incremēta suscipit:admonet iterum ab amicis de confessione.Respondit ꝙ oīno vult eā facere:sed vt meli⁹ possit perficere vult expectare alleuiationē febris:augetur infirmitas:& cū importune a suis de cōfessione rogaretur. Respondit se ita grauatū ꝙ nescit quid diceret:sed diminuta vel alleuiata infirmitate oīno faciet.Demū appropinquāte morte angelus apparuit ei dicens.Tēpus est vt egrediat aia tua de corpore:finis tuus venit.Conquerit iste dicens,dns decæpit me:quia promisit mihi ꝙ nō morerer sine auisamento:ecce de hoc nō fui auisatus.Cui angelus.Immo multoties fuisti auisatus: nā cum supuenit infirmitas:illud fuit auisamentum vnum mortis.Cum tibi a cōsanguineis dicebat illud fuit aliud: cum tibi a sacerdote dictū fuit illud aliud:noluisti audire non datur tibi amplius tempus:oportet ꝙ moriaris:& sic sine confessione moriens ad infernū deductus est a dęmonijs:sed tēpus faciendi dñe dissipauerunt legem tuam.

§.VI. TERTIA PIGRITIA SEV

Pigritia bene operādi

tarditas est in ꝓsequēdo bonā opationē inchoatā: sed ad hāc remouendā faciūt cōsideratio breuitatis tpis ꝓsentis Eccl⁹.x. Noli cūctari in tpe angustię. Consideratio em q̄litatis ipsarū rerū quę velociter & cursim transeunt. Sap̄.v. Trāsierunt oia illa tanq̄ vmbra. Consideratio em velocitatis & strenuitatis quā habēt mali in his q̄ sunt inutilia vel noxia eis vt in factis mundi.Pā. Veloces pedes eorū ad effundēdū sanguinē.Prouer.ſ.Pedes eorū ad malū currunt & festināt ad effundendū sanguignē.Poeta.Impiger extremos currit mercator ad Indos: Per mare pauperiem fugiens:per saxa:per ignes.Ber,Magna confusio: ardentius desiderant ſculares vitiosa q̄ nos vtilia.Cum quāta solicitudine & festinantia seruiūt serui & familiares dñis suis.Concupiuit semel Dauid aquam de cisterna Bethleē quam tunc occupabant Philistæi inimici Israel & dixit. O si qs mihi daret aquā de cisterna illa:immediate absq; alio mandato tres ex capitaneis suis moti sunt:& trāseunt̄ p mediū castroꝝ Philistinoꝝ hauserūt aquā de illa cisterna:& sibi obtulerūt.Nō ꝓcedit tāta tarditas in ꝓsecutione bonoꝝ operū:nisi ex magna tepiditate mēris & defectu amoris diuini.Sed vt dr Prouer.x.Sicut acetū dentib⁹ & fum⁹ oculis.s.molesta sunt:ita piger his q miserunt illū:& ex hoc sequūtur alia quādo mala.Exemplum de Leuita qui fuit in Bethleē ad reducēdū vxorē suā quæ recessarat ex indignatione ab eo:cum ipsa sibi reconciliata ad reuersionē se pararet:socer suus persuasit vt non ita cito iter sumeret.Et quia sic differendo persuasus tardauit nimis iter sumere:nō potuit applicare domū suā illa die: sed in Gabaa hospitatus maximā iniuriam ibi passus est

Tradiras vo torum.

ei⁹ vxore.Libidie incolarū occisa &c.vt habes Iudi.xix c. Et ꝓcipue solent homines esse tardi in executiōe votoꝝ quæ faciunt:& in adimpletione pœnitētiarū iniunctarū i cōfessione quod est multū nociuū:quia aliquādo ,ppter hoc obliuiscūtur:& sic oportet iterū de nouo facere cōfessionē:vel faciunt eas inuoluti i mortalib⁹:& nō valēt eis illę satisfactiōes ad solutēdū de debito pœnę tēporalis ſm doctores. Tho.& alios. Sed pmaxime sunt hoies tardi ad restitutiones faciendas & ad implenda legata ad pias causas facta a testatoribus qui debent excōicari vt necatores aiarū:vt dr.xij.q.ij.c.qui obligationes. Indeq̄ aiæ defunctorū non pcipiūt illud suffragiū qd' est ad graue pctm tantū retardātiū siue hæredū siue executoꝝ. Vñ & aliqñ apparuerūt ipsę animæ defunctoꝝ viuis cōquerentes de tali dilatiōe vel defraudatiōe. Et sic tps faciēdi dñe dissipauerūt legē tuā:qua mādas talia q̄citissime fieri. oīa anno di-

cūt se velle talia facere:& tū semp expectāt aliū futurū & nunq̄ faciunt. Ecōtrario dr Esa.xl. Qui sperāt in dño mutabūt fortitudinē:qa vbi pri⁹ erāt fortes & veloces ꝓ sactis mūdi erūt postea pro spūalib⁹.s.fortes assumēt pēnas vt aglę.s.ad velociter bñ operādū volabāt & nō deficiēt.

¶De otiositate. Capitulum. XIIII.

OTIOSITAS ETIAM EST

silia accidiæ:& valde reprehēsibilis:ꝑcipue in Reſpūblicę gr̄æ. Vnde & specialr fuit dictū his q advenientes eos q pertinēt ad nouū testm:qd hic statis tota die otiosi. Matt.xx. Exēpla em habem⁹ in nouo testamēto & rōnē vrgētē nos ad laborē:nec em decet seruū aut discipulū otiari dño & magistro suo laborāre vsq; ad mortē. Christus em dei fili⁹ dns & magister laborauit ꝓ nobis.Laboraui sustinēs ait ipse p Esa.s.Discurrebat em p ciuitates & castella prædicans & curās infirmos: & fatigat⁹ semel ex itinere sedebat sup fontē.Ioan.iij. & ne in illa refocillatione esset otiosus mulierē Samaritanā instruxit& illumi nauit.Sumus etiā facti serui emptiij.Empti em estis ꝓtio magno.s.sanguine christi effuso i cruce ait apls.s.ad Cor. vi.Et ideo glorificate & portate deū in corpe vestro.s.laborādo ,p ipso dño nō otio torpēdo.Merces insup nobis in nouo testō laborātib⁹ citius soluit.Mat.xx.Redde illis mercedē.s.laborātib⁹.s.isipiēs a nouissimis.i.a sctis nouitestamēti.Nā patrib⁹ veteris testamēti quātūcūq; pfecte laborātib⁹ nō dabat eis merces moriētibus:sed ad limbū descēdebāt expectātes p cērenaria annoꝝ prēmiū.Nobis aūt tpe gr̄æ apta tanua passiōe xp̄i subito dat merces regni cœloꝝ:dūmō nō, simus otiosi:sed solliciti operatores Beda.Regnū cœloꝝ nō otiosis & negligētib⁹ sed petētib⁹ p oīonē quærētibus:p lectionē & sacroꝝ eloquioꝝ audition̄ pulsantibus:p virtuosoꝝ operū impletionē.Econtrario de otiosis dr in Pā.lxxij. In labore hoim nō sunt:& cū hoib⁹ nō flagellabūtur. Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate. Otiosi nō sunt in labore hoim:qa nolūt laborare:sed quiescere. In quib⁹ verbis ,pphetæ possunt tria notari q̄ primō ad istud vitiū qd' multū abundat.

¶Primo oīno vitiū insinuatū. ibi. In labore hoim nō sunt.

¶Sc̄o inferni suppliciū ei referuatū. ibi. cum hominib⁹ non flagellabuntur.

¶Tertio mali plurimū inde generatum. ibi. ideo tenuit eos superbia.

§.I. QVANTVM AD PRIMVM

Otiosus habet multiplicē stultitiā in se.

dicitur Iob.v. Homo nascitur ad laborē vt auis ad volatum,quasi diceret.sicut aui naturale ē volare:ita hominibus laborare. Vnde de sancta ecclesia seu qualibet virtuosa anima dicitur. Prouer.vlti. Panem otiosa nō comedit: sed operata est cōsilio manuū suaꝝ.& ipse Salomon Prouer.xij. ait. Qui operat terrā.i. exercet corpus suū: vel terrā cordis sui:saturabit panib⁹.i.refectionib⁹ spiritualib⁹ & etiā corporalib⁹:qui sectatur otiū stultissimi⁹ est. Et nō vnam tm:sed multiplicē stultitiā habet i se otios⁹:& exercet. Et prima quidē:qa ipsa facit locū diabolo cōtra illud quod ait apls. Nolite locū dare diabolo. Maxima stultitia est locum dare vel vires inimico suo mortali:quod fit per otium. Dicitur em extra de vita & hone.cleri.in decre. Otiositas & voluptas sunt arma hostis antiqui ad miseras animas captiuādas. Et ideo bene dicit Hiero. Semper aliquid boni facito vt diabolus inueniat te occupatum. de cōse.di.v.nunq̄. Nec̄ qs facile capit a tētatore q alicui bono vacat exercitio. Regula fuit sctōrū patrū vt habeat i colla,Ioan.Cassi.ꝙ otiosus a pluribus infestatur dęmonijs:sed bene operās solū ab vno:quinimmo & ille etiā de facili nō infestat. Vnde ibi narrat ꝙ cū quidē sanctus pater trāsiret ante cellā cuiusdam eremitæ incipiētis seruire deo:vidit diabolū manētem ante ostiū cellæ suę:& cū alt quādiu moratus fuisset postea introiuit & firmauit se.ille sanctus pater ad videndum rei finē. Inde ergo ad modicum diabolus exiuit cellā iterū expectās ad ostiū:& paulopost iterum ingressus est cellam:& postea exiuit,sicq; alternatim pluries fecit.' Demū pater sanctus ingressus visitauit inuenē:& perquirēs diligēter de operib⁹ ei⁹ inuenit ꝙ cū ille aliquid boni operabat:diabolus tūc exibat quasi nō valens tentare eū,cum otio vacabat tunc diabolus intra

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat & diuersimode tentabat eū. vnde admonuit eū vt sibi cauerer semp ab otio narrās qd' viderat. Dauid sanctissimus dū fuit in exercitio psecutionis Saulis immunis fuit ab illis magnis peccatis in qbus postea incidit cū fuit in quiete Hierosolymis, ſadulterium: ꝓditionem & homicidiū. Adulteriū perpetrauit surgens a dormitione otio vacans. ꝛ. Reg. xj. Et si nō valet quis semp vacare orationi & lectioni & speculationi: nō tamē debet se otio tradere aut quid vanū facere. Nā vt dicit Bern., ꝓpter otiū otiosa sectari ridiculum est: sed aliqd honeste recreationis assume re in locutiōe vel corpali exercitio. Corporalis em exercitatio ad modicū vtilis est, ait apls. j. Timor. iiij. & tū vtilis est. Secūda stultitia: qa ponit se in rali statu ꝙ inferior brutis aialiꝫ inuenit. Nā bruti aialibus licitum est comedere etiā nō laborātibus: sed otioso prohibet apls mā ducare. ij. Thessa. iij. dicēs. Si quis nō vult operari non mā ducet. Et merito quia dictū fuit primo parēti in persona omniū. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Gene. iij. quasi diceret. Si volueris comedere oportebit te laborare. Et nō solū inferior inuenit otiosus aialibus brutis: sed etiā cūctis creaturis a cunctis discordās. Nā omnis creatura aliquo mō operat ſm modū suū nulla ē otiosa. Vñ & cōmentator dicit ꝙ qui aufert operationes a rebus aufert essentias rerū. Sed otiosus ita est miser ꝙ nil boni operis facit qd' sibi cōuenit. Cōuenit em hoi operari ſm rōnem inquātum est hō. Et ꝓpterea cōgrue dicit Seneca. Otium sine literis mors est: & viui hois sepultura. Ideo autem dicit otium sine literis mors est: quia cum literis est vita & valde laudabile. de quo Augu. dicit. Otium sanctum querit charitas veritatis. viij. q. j. qui ēpatū. Et appellat otium cessationē ab operibꝫ exterioribꝫ vt vacet deo. Vñ Bern. Vacare deo nō est otium. ſ. malū. sed negotiū negotiorꝫ. Dicit Iudas in epla sua de talibus otiosis ꝙ sunt arbores autūnales infructuosę bis mortuæ. Arbor in autūno plāta si purū fructū facit tarde facit: sic otiosi si aliqd boni faciūt & illud volūt facere i fine qñ parū vel nihil faciūt: & sic sūt bis mortui: qa hic morte peccati: & postea morte inferni. Tertia stultitia otiosi est: qa tēpus amittit: ad qd' cōseruādū admonet scriptura dicēs. Fili cōserua tēpus & declina a malo. Eccl. iij. Et merito debet diligēter ꝓseruari nō perdi vt otiosi faciunt. Nā est ꝑciosissimū: est & breuissimū: est ei⁹ vsus exāmē faciēdū subtilissimū. Quātum ad preciositatem dicit Bern. Nil preciosius rēpore: sed nil hodie vilius reputat. Idem. Non paruum estimes tempus quod & in factis & in dictis, expēdit otiosis: volat em verbū irreuocabile nec aduertit insipiēs quod amittit. Adeo preciosum est tēpus ꝙ modico spatio eius pōt homo cōsequi veniā, & vitā æternā promereri: sicut latro cū christo crucifixus in modico rēpore paradisum promeruit. Tam preciosum est tēpus ꝙ dānati darent oēs thesauros mūdi si haberēt in potestate sua pro habendo momēto temporis quo possent pœnitere & euadere tantas pœnas. Nihil ita ꝓprium possidemus sicut tempus. Vnde Seneca. Reliqua nobis aliena sunt: tempus tm nostrū est. Et ideo bene dicit apls ad Gal. vj. Dum tēpus habemus operemur bonum ad oēs. q. d. nullus sit otiosus. Quātū ad secundū clarū est ꝙ tēpus est quid breuissimū. j. Cor. vij. Tēpus breue est in se: qa nihil habemus de præterito, nec de futuro, nec de pñti: nisi instans. ij. Cor. vj. Ecce nūc tempus acceptabile. Nō em deo habem⁹ nisi nūc: in quo possum⁹ accepti esse deo. ſ. bene operādo. Et cū alia multa recuperari possint vt diuitiæ amissæ, sanitas pdita: aliqñ etiā vita: vt in resuscitatis: sed tēpus amissum nūq recuperat otiosus. Iob. ix. Dies mei velociores fuerūt cursore. Sene. Infinita est velocitas tpis: pūctum est quo viuimus & pūcto minus. Est em breuissimū respectu futuri status qui succedit q est ꝑpetuus & nunq deficit. Pā. lxxxix. Mille anni ante oculos tuos tāq dies hesterna q ꝓterıt. Breuius adhuc restat tps si demaſ de eo tps quo dormimus & alias necessitates sumim⁹: qd' est quasi pdictū. & ideo apls ait. ad Eph. v. Redimētes tps qm dies mali sunt. i. diligenter & vtiliter expēdentes ipsum non otiose. Quantū ad tertium subtile examen fiet de nobis circa tpis vsum. Bern. Ome tps tibi impēsum a te exigef qual'r fuerit expēsum: & sicut capill⁹ a capite nō peribit: ita nec momētum a tpe. ſ. de quo non exigaſ rō. Thren. j. Vocauit aduersum me tps. ſ. deus vt cōtereret electos meos. O q̄ male poterit rationē reddere de tpe otiosus q non solum momenta amisit tpis: sed horas integras dies mēses & annos. seruū inutilē ait dñs in parabola. j. otiosum mittite in tenebras exteriores. Matt. xxv.

Tps est breuissimum.

Rōnem reddemus de tpe.

Quāta stultitia otiosi est: qa cum debeat in hac vita solo uere vel minuere debitū ad quod tenef & ipe magis adaugeat, & rō dictat. Redde qd' debes. Matth. xviij. & apls. Ro. xiij. Reddite omibus debita. Sed multa sunt debita nostra Bern. Oh̄ō si scires q̄ multa & q̄ multis debeas videres ꝙ nihil est qd' facis vñ non essēs otiosus. Primo debes pro christo vitā tuā ponere: qa ipse ꝙ te posuit suam: nō apls ad Gal. ij. Dilexit me & tradidit seipm ꝓ me. Sed o exigūt pēta ꝑterita futurā vitā meā vt faciā fructꝰ dignos pniæ. Quid si tibi tertiū debitorē ostēdā q eā sibi vēdicet: puto ꝙ gloriā desideres quā nec oculus vidit. Nōne ad hoc ēt totū quātūcumq poteris dare oportebit: & vltra hæc oia debes totū qd' es a quo totū habes q te fecit & bene fecit. Hæc Bern. Sed miser otiosus nō reddit debitū: sed quotidie magis auget. Quinta stultitia otiosi est: qa cū possit otiosus ex se ꝓducere & recipere fructū multū meritoꝝ & pmioꝝ pmanet vult permanere sterilis & infructuosus. Posuiyos ait xps sterilis. Io. xv. vt eatis & fructū asseratis: & fructus veiter maneat. Pōt em & debet ꝓducere fructū cordis bonaꝝ cogitationū sanctaꝝ affectionū: piaꝝ recordationū. Sed otiosus sine fructu reperif: sicut & ficus ad quā cum venisset xps & nō inuenisset fructū: maledixit & subito aruit. Matt. xxj. Pōt & debet ꝓducere fructū oris q sūt dei laudatio: gratiaꝝ actio: vocalis oro: pcōꝝ ꝓfessio. pximi i structio. Prouer. xij. De fructu oris sui vnusq̄sq̄ replebif bonis: sed ab oib⁹ his otiosus est extrane⁹. Pōt & debet ꝓducere fructū bonorū operū vt eleemosynarū: peregrinationū: visitationis infirmorū & hmōi. Pē. de fructu operū suoꝝ satiabif terra: sed oib⁹ his priuaf otiosus: qa cogitatiōes habet vanas & inutiles. Et vhe vobis q cogitatis inutile ait ꝓpheta. Verba habet otiosa: sed vt dicit christ⁹ Mat. xij. De omni ꝙ verbo otioso reddēt hoies rōnē in die iudicij. & opa vitiosa. Vñ Hiere. ij. Opa eoꝝ vana & risu digna. Sexta stultitia otiosi est: qa vult quiescere i locovbi oportet laborare. ſ. in vita pñti Christ⁹ Io. ix. Nō veni vocare vos ad requiē, sed ad laborē. Ber. O impudēs & imprudēs milia militū mini strabāt ei: & decies centena milia assistebāt ei. ſ. ad operādū qd' eis cōgruit: & tu sedere ꝑsumis & otiari. Ad qd' etiā figurandū sex diebus operat⁹ est de⁹ diuersas creaturas & oēs faciebat: & in septia requiit ab omni opere ad innuēdū q̄ in vita pñti signata ꝓ senariū numerū debet hō operari nō otiari si vult in septia. i. in alia vita cū deo gescere.

Septima stultitia est: quia cum sit otiosus submersus in ꝓfundo stultitiæ malicię suę nō vult porrigere manū suā ad laborē: cū tñ aliter nō possit exurgere. Seneca. A stulti tia nemo emergit nisi ad laborē: manū porrigat. Nam ſm ꝓm virē & scientia sūt circa difficilia. Et Virgi. Facilis descēsus auerni: sed reuocare gradū superasq̄ euadere ad auras hoc opus. hic labor est. & christus. cōēdite intrare per angustā portā. Lucæ. xiij. Certe magna stultitia esset eius qui se videret in aquā cecidisse & nisi laborando & appo nendo manum posse euadere ibi remanere.

§. II. QVANTVM AD SECVNDVM

Otiosi hieresem uant in fer no punien di.

dū ex otio generāte p lurima vitia segtur i ferni cruciatio: & ideo secūdo dicit Pā. Cū hominib⁹ non flagellabūtur. Reuerentes ad laborē pœnitētiæ flagellabūtur hic cū hominib⁹: sed otiosi nō cū hoibus: sed cū dęmonib⁹ in inferno. Proprius locus otiosi est in inferno. Ratio est. Cōstat ꝙ otiosi in cœlo nō reperient. Nā cœlū empyreū est loc⁹ eorū & merces qui operati sunt. ſm illud Matt. xx. Voca operarios & redde illis mercedē. & Sap. iij. Bonorū laborum gloriosus est fructus. In paradiso etiā terrestri nō recipietur: quia cū deus transtulit Adā posuit illic vt opera retur: nō vt otiaret. In purgatorio non erunt: quia tbi flagellantur hoies a deo. Sed de his otiosis dr ꝙ cum hoibus nō flagellabuntur. Mūdi quoq̄ loco indign⁹ est ſm parabolā christi de siculnea non faciente fructū. de q̄ dicit dñs vineę. Succide illā vt quid etiā terrā occupat. i. hunc mundum inutiliter. Et cū non sit alius loc⁹ restat q̄ in inferno cum dęmonibus flagelletur. Vnde saluator Mat. vij. Omis arbor nō faciēs fructū bonū excidetur & in ignē mittef. ſ. infernalē. Et loquitur ibi expresse de arbore rationali quę nō facit fructū bonū cū nō faciāt opera bona. & hic excidetur ꝓ morte tur per mortē & otiosus in ignē inferni proncief. vnde Pē. Quis est homo qui vult vitā scilicet ęternā? Declina a malo & fac bonū: scilicet fructū operū: non stes otiosus.

Mala q̄ docuit otiositas.

§. III. QVANTVM AD TERTIVM

Aliud qd' ex otio sequif est multiplex malū pētōrū. Vnde dicif. Ideo tenuit eos suphia. eos scilicet q nō sunt in labore hoim sed in otio: & operi sunt iniquitate. i. pleni oi iniquitate. Eccli. xxxiij. Multā malitiā docuit otiositas. & alibi. In desideriꝫ scilicet malis est omnis otiosus. Bern. Oim tērationū & cogitationū malaꝝ & inutiliū sentina est otiū sicut sentina i nauib⁹ recipit oēs sordes corporaliū, ita mēs oēs sordes vitiorū: nec mirū. Nō em pōt cor vigilantis esse sine cogitationib⁹: vñ si quis est otiosus ex quo nō cogitat bona oportet ꝙ cogitet mala. Cogitationes autē malæ trahunt ad opera mala, & præcipue vitia carnalia. Ezechi. vj. Hęc fuit iniqtas sororis suę Sodomę: suphia: saturitas panis & aquæ & otiū. Salomō dū fuit occupatus in ædificijs tēpli & domus suæ nō ita exarsit amore mulierū: sicut post ea cū se otio tradidit. Poeta. Otia si tollas perire cupidinis artes. Inducit etiā otiū ad curiositatē & nugationem. Vnde apls. j. Tim. v. de viduis malis inquit. Adolescentiores viduas deuita. discūt em circūire domos nō solū otiose: sed & verbose & curiose loquētes que nō oportet. Et Ber. Otiositas est mater nugarū & nouercа virtutum. Et alibi. Summa mētis malitia otiū iners. Nabuchodonosor cū maneret in aula palatij sui in superbiā elaſ⁹ est dicēs. Nōne hæc est Babylon quā ędificaui in fortitudine meae? propter quod in bestiā mutatus est ſm phantasiā. Dan. iiij. Filij quoq; Dan venientes Lachis ad pplm quiescētē atq; securū percusserunt in ore gladij, vrbēq; incēdio tradiderūt. Iudicū. xviij. ad figurādū ꝙ dū quis quiescit otio dęmones capiūt animā atq; diuersis vitijs incēdūt. Vnde & in euāgel. Luc. xj. & Matth. xij. Spiritus immūdus exiens ab homine per pœnitētiā cū postea reuertitur tentādo eū inuenit domū mētis vacantē scilicet otio: cū septē spiritib⁹ ingredif, & habitat ibi. i. cum vniuersis peccatis: sic ergo qui & in laboribus hominū nō sunt tenuit eos superbia. Et quia ipsa regina est & mater vitiorum exinde operti sunt iniquitate.

Otium fuit causa pecati salomonis.

Otiositas ē nutrix & alūna mendaciorū.

¶De desperatione. Capitulū. XV.

Desperatio vñ surgat.

DESPERATIO FILIA POnif accidię ſm Greg. Tho. & alios. Pro cui⁹ declaratione sciēdū ꝙ sicut ỹa æstimatio ītellect⁹ circa deū est ꝙ nō tribuat beatitudinis pmiū bona facientibus vel nō largiaf veniā pœnitētib⁹, & in periculis nō sustineat, qd' ptinet ad desperationē, sicut ergo spes vera æstimās de deo est virtuosa: ita et desperatio per ỹriū falsa æstimās est vitiosa. Si quis autē desperaret de eo qd' nō est nat⁹ adipisci vel de eo quod nō est debitū adipisci, desperatio talis nō esset pctm, vbi gra. Si quis medicus desperaret de curatione alicui⁹ infirmi: vel si quis agricola desperaret se sieri posse imperatorē, aut simplex clericus papā: nō peccāt: & hoc ꝓpter impossibilitatē cōsequendi talia. Sic etiā dānati si desperarēt se posse cōsequi beatitudinē vel veniā delictorū: desperatio nō imputaf eis ad culpam: quia sunt in statu desperādi propter impossibilitatē reditus ad beatitudinē. vnde dānatoꝝ desperatio nō est eis ad culpā: sed pars dānationis. Sed quia homo dū est viator natus est cōsequi beatitudinē, & est possibile adipisci, æstimādo ꝓtrariū, scilicet ꝙ non possit adipisci est falsum æstimare de deo & grauissimū peccatū desperationis. Tho. q. n. q. xx. vnde dicit Leo papa in Cañ. de pœ. dist. vn. nemo. De nemine est desperandū dū est in hoc corpore cōstitutus: quia nemīnūq; cōsilio maturiori perficitur quod dissidētiori ætate differt. De desperantib⁹ dicit Pā. lxxvij. Nō sperauerūt in deo salutari suo. Vbi notan dū ꝙ triplex est desperatio.

¶Desperatio gloriæ adipiscendę.

¶Desperatio venię consequendæ.

¶Desperatio miseriæ euadendæ.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

dicif Iob. vij. Desparaui: nequaq̄ vltra viuā: scilicet vita gratiæ, nec per cōsequens vita gloriæ. Dum enim quis permanet in desperatione non potest consequi beatitudinē. sed potest quilibet quātūcūq; desperauit in ꝑteritum remouere desperationē. & sic viuet: quod facere debet: quia vt dicif. ij. Reg. ij. Periculosa res est desperatio, immo periculosius omnibus. Et hoc triplici ratione. Desperatio periculosa est.

¶Primo ratione amissibilitatis.

¶Secundo ratione insanabilitatis.

¶Tertio ratione inclinabilitatis.

Primū sic ostenditur, illud per qd' tollif in bonis actibus cōstātia: perseuerātia, & cōfidentia finis est periculosior ceteris. Sed per desperationem in rebus laboriosis quæ pertinēt ad vitæ perfectionē perdif cōstātia, & tollif perseuerantia cui principal' merces reddif & priuat se desperās decōfidētia finis: ergo periculosissima est. Sen. Tolle spē nemo vicius tētabit arma. Filij Israel cū audierunt ꝙ in terra promissionis signāte vitā æternā erāt ciuitates fortissimæ, & homines robustissimi ſm relationē exploratoꝝ, quia desperauerūt posse adipisci eā: ideo sunt ea priuati in deserto moriētes. Soli Caleph & Iosue qui in deo sperauerūt illā cōsequi exnumeratis intrauerūt. Secūdo hoc ostendif ratione insanabilitatis. Sicut em morbus incurabilis est periculosior curabili: ita pctm quod nūq; sanaf vel raro morbo sanabili: sicut lepra paralysi periculosiores morbi sunt febribus & vulneribꝫ: sed tale est vitiū desperationis scilicet insanabile dicif em Hie. xxx. Insanabilis fractura tua pessima plaga tua illi⁹ ppli. ſ. q dixerat desperaui. Et iterū Hiere. xv. Plaga mea scilicet desperatiōis tenuit curari. Quis em null⁹ æstimare debet ꝙ sua opa quātūcūq; ēt eximia sint p se sufficiētia ad cōsequēdū tātū ꝓmiū bitudinis, debet m̄ ēstimare ꝙ dei gra ipsa sociata etsi minima deus sua liberalitate facit ea esse digna. vñ Aug. Cū de⁹ coronat merita nra non aliud prēmiat q̄ munera sua. Et iō si parua & ęsti nulla opa in se qs videt bona adhuc desperare nō debet. Tertio ostēditur pculū ei⁹ rōne inclinabilitatis: illud em pctm p qd' hō inclinaf ad oē malū, et retrahif ab oi bono est periculosius cæteris: sed desperatio est hmōi. Nā sicut p spē hō reuocatur a malis: & ꝓducaf ad oē bonū: ita ꝙ oppositū p desperationē reuocaf a bonis, & sine freno ꝓducaf ad oia mala. Solet em tales dicere etiā verbo: ex quo debeo ire ad infernū, eamus cū armis & eqs. Vñ dicif Prouer. xxiij. Si desperaueris in die lapsus in die angustię minuetur fortitudo tua. i. si desperaueris i tērationе vel psecutiōe: vel i die scilicet cū primo incipis dolere de pctis: vel i morte lapsus a spei fortitudine & firmitate quā pri⁹ habuisti minuef fortitudo tua scilicet resistēdi diabolo, vbi gl. dicit. Nihil execrabili⁹ desperatione quā qui habuerit: & in gnalib⁹ hmōi vitę laborib⁹ & qd' petius est in fidei certamine cōstantiā perdet.

Desperatio pctm de mia dei

§. II. SECVNDA DESPERATIO

est venię cōsequędę pctōrū. Sed falsa est ista æstimatio: quia ꝫ oēs locutiones dei in scripturis & doctrinis eorū. Dicit em Dns Ezech. xviij. Nūquid volūtatis meæ mors impij & nō potiꝰ vt cōuerraf & viuat? Et iterū. In quacūq; die conversus fuerit pctōr & ingemuerit oīm iniquitatū ei⁹ nō recordabor. i. dimittā. Et in euāg. christ⁹. Mat. ix. Nō est op⁹ valentibus medic⁹: sed male habētib⁹: qa nō veni vocare iustos sed pctōres ad pniam: vt p hoc eis veniā dem. Habet aūt talis desperās de venia falsam æstimationē de trib⁹ erga deū: scilicet.

¶De dei misericordia.

¶De dei omnipotentia.

¶De sui propria malitia.

Primo qdē desperās de venia falsoīmo existimat falsissime de deo. ſ. q̄ nō sit misericors, cū tñ dicat ecclia. ꝙ ꝓpriū est deo misereri semp & parcere: imo ꝓprie ꝓpriū, quia nullus pōt tollere miseriā pctī q̄ maxima est sup oēs alias: nisi sol⁹ de⁹: sed nulla creatura ita de facili relaxat iniurias in eā ſctās pœnitētib⁹ vt ipse facit. Perpetrauit Dauid tāti scel⁹ ꝫle fuit adulteriū addēdo ei ad occultādū malū proditionē & occisionē sui fidelissimi militis Vrię. Ex q̄ secuta ē insultatio & blasphematio ꝫ deū ab inimicis, & tñ vre cōgruit pctm suū dicēs Nathā ꝓphę eum arguēti, peccaui dño: subito ex parte dei rō dixit Nathā, & dñs trāstulit pctm tuū. ſ. parcendo ij. Reg. tibi. Notādū est valde qd' ait Christ⁹. i. li. de repatiōe lapsi ad xij. insinuādā ſmēsam dei miam: vñ null⁹ debeat despare quātūcūq; pctōr dūmō ad pniam redeat. Talis mihi crede talis est erga hoies dei pietas ꝙ nūq; spnit hois pniam si ei sincere & simplr offeraf: ēt si ad summū qs pueniat malorū. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

inde iñ reuerti velit ad ✠tutisviã suscipit libẽter amplectit & omnia facit quatenus ad priorẽ reuocet statum. Quodq; adhuc est ꝓfanctius & eminẽt⁹: etiã si nõ potuerit ꝙs explere oẽm satisfaciendi ordinẽ: quãtulãcũq; tñ & qualibet breui tpe gesta nõ respuit pniam: suscipit etiã illã: nec patitur ꝙuis exiguæ cõuersiõis ꝓdere mercedẽ. Hæc oia de pœ. dist. ij. c. talis. Hinc & Leo papa. de pœ. dist. j. multiplex. Multiplex dei mia ita lapsibus humanis subuenit: vt nõ solũ per baptismi gratiã: sed etiã per pœnitẽtię medicinam spes vitæ reparet æternæ: vt q regenerationis dona violassent, ꝑprio iudicio se scilicet p pniam cõdemnãtes ad remissionẽ crimi
Manasses sum musido lolatra. num puenirẽt. Exẽplũ optimũ hr. iiij. Reg. xxj. de Manasse qui fuit rex Iuda. l. annis & vltra: pessimus hoium: idololatrię dedit⁹: occisor ꝓphetarũ: & præcipue Esaię consanguinei sui eximij & euãgelici ꝓphetę: quẽ ob nimiã crudelitatẽ secare fecit serra lignea. Demũ in senectute sua ob scelera captiuatus ab inimicis Assyrijs & incarceratꝰ: vt recognouit iniquitates suas & pœnituit dicẽs in oratione. Peccaui sup multitudinẽ arenæ maris: & multiplicata sunt ꝑcta mea: & nõ sum dignus videre altitudinẽ cœli præ multitudine inimi
Desperans de dei oĩ potẽtia. quitatis meæ: qm̃ irritaui irã tuã &c. dñs pepcit ei & veniã dedit reducẽs etiã eũ de captiuitate ad regnum suũ. Non ergo de venia desperãdũ est. Desperãs de venia sed⁹ falsum æstimat de dei oĩpotẽtia: cũ. s. æstimat nõ solũ deũ nolle ei misereri: sed nec posse tot scelera quot ꝓmisit dimittere: sed ista adhuc esset peior desperatio alijs: nã pertineret ad infidelitatem: scilicet ꝙ deꝰ nõ posset oia: cũ tñ dicat Lu. j. Nõ erit impossibile apud deum omne verbum. Isti sunt peiores ludæis incredulis. Nã & si negarent christũ posse ꝑcta remittere: ga purũ hominẽ æstimabãt: & hic erat & est error eoꝝ: tamẽ cõfitebãtur deum hoc posse dicẽtes. Quis põt ꝑcta dimittere nisi solus deus. Mar. ij. Sed ostendit vtiq; posse dimittere: & per hoc esse verus deꝰ. Probauit autem se habere hanc potentiã: nõ per aliquid potẽtius: sed per aliquid manifestius. Maioris quidẽ potentię est quãtum ad creaturam sanare animam remittẽdo ꝑcta ꝙ sanare corpus a paralysi vel quacunq; infirmitate. Sed manifestius est sanare corpus: nã sanatio aiæ non videt ab hominib⁹ seu remissio peccati: sed videt sanatio corporis: & sic per manifestũ probauit occultũ. Vnde dixit. vt sciatis ga filius hois habet potestatẽ in terra dimittẽdi ꝑcta. supple sano hunc paralyticũ. vnde tũc ait paralytico. Surge &c. & sanatus est in aia & in
